
WARBURG INSTITUTE
FAH 865

Rare Books
Room




EX
LIBRIS



UNIVERSITY OF LONDON
WARBURG INSTITUTE

7
A
#
865

11/568 V

F A H 865

¶ALCABITII AD MAGISTERIVM iudiciorum astrorum Isagoge: Commentario Ioannis Saxonij declarata.



PARISIIS.
¶Vænundatur a Símone Colínæo apud scholas Decretorum.
1521.

Col. 26 N. 12

¶LIBELLVS ISAGOGICVS ABDI lazi/ideſt ſeruí glorioſi dei/quí dícitur Al cabítius: ad magiſterium iudíciorum aſtrorū:ínterpretatus a Ioanne Hí ſpalenſí. ſcríptumq; ín eundē a Ioanne Saxonię editū/ vtílí ſerie connexum incípiunt.

POſtulata a domino prolixitate vitę ceypha dala i. gladij regni & durabilitate ſui ho noris:cuſtodia quoq; operum eius/ſiue bo norum atq; extenſiōe ſui imperij:exordia mur id quod volumus narrare. Cum vidiſ ſem conuentum quorundam antiquorum ex authoribus magiſterij iudiciorum aſtro rum edidiſſe libros : quos vocauerunt in troductorios huius magiſterij/ id eſt iudi ciorum aſtrorum:ſed quoſdam ex eis non fuiſſe ſcrutatos diligēter vniuerſa quæ neceſſaria ſunt in eodem magiſterio/de his quæ cōueniunt introductorio. quoſdam vero ea quæ neceſſaria ſunt pro tuliſſe prolixe:& quia quod neceſſarium eſt in eo perijſſe cernerē. Quoſdam quoq; in ordinatione eorum quæ protulerunt/non in ceſſiſſe itinere diſciplinæ conſpexiſſem: cœpi edere hunc librum & poſui eum introductorium. atq; collegi in eo ex dictis antiquo rum quicquid neceſſarium eſt huic magiſterio ſecundum modum introductorium. & nō introduxi ratiocinationes diſputationi ſiue defenſioni eorum quæ protulimus neceſſarias : cum ſint in libro Ptolemęi qui appellatur Alarbamacalet/id eſt quatuor tractatuū: & in libro meo quem edidi in confirmatione magiſterij iudiciorū aſtrorum : & in deſtructione epiſtolæ haiſſebenhali in annullatio ne eius ex ratiocinatiōe quæ ad hoc poſſint ſufficere. Et diuiſi eū in quinq; differentias. Prima differentia eſt in eſſe circuli ſigno rum eſſentiali & accidentali Secunda differentia in naturis plane tarum ſeptem & quid illis proprium:& quid ſignificēt. Tertia dif ferentia in his quæ accidunt planetis ſeptem in ſemetipſis & quid accidat eis adinuicem. Quarta differentia in expoſitione nominū aſtrologorum. Quinta differentia in vniuerſitate partium & expo ſitione eſſe earum in gradibus.

¶DIFFERENTIA PRIMA.

UNIVERSITY OF LONDON WARBURG INSTITUTE

¶DE DIVISIONE CIRCVLI SIGNORVM.



Itach id est circulus signorū : diuiditur in xij. partes æquales secundū diuisionē circuli signorum. & hæ. xij. partes dicuntur signa: & referuntur ad imagines quæ sunt sub eodē zodiaco circulo. quæ sunt: Aries Taurus Gemini Cancer Leo Virgo Libra Scorpius Sagittarius Capricornus Aquarius Pisces. Et vnūquodq; istorū signorū diuiditur in .xxx. partes ęquales: quæ gradus vocātur. Et gradus diuiditur in .lx. minuta. & minutū in .lx. secunda: & secundū in .lx. tertia. Similiter quæ sequuntur / quarta scilicet & quinta ascēdēdo vsq; ad infinita. ¶ Et sex ex his signis sunt septētrionalia: idest ab initio arietis vsq; in finē virginis / quę sunt septentrionalia a linea ęquinoctiali: & sex meridiana. i. ab initio libræ vsq; in finē piscīū. Et sex ex illis dicūtur directe ascēdentia: id est ab initio cācri vsq; in finē Sagitarij. Et sex tortuose ascēdētia dicūtur. i ab initio capricorni vsq; in finē geminorū. Et tortuose ascēdētia obediūt directe ascēdētibus: hoc est / duo signa quę fuerint vnius lōgitudinis a capite cācri: obediūt sibi vt gemini cācro. Taur⁹ leoni: Aries virgini. Et pisces libræ. aquarius scorpiōi. Et capricornus Sagittario. ¶ Et duo signa quę fuerīt vnius lōgitudinis a capite arietis dicuntur concordantia in itinere vt aries & pisces. Taurus & aquarius. Gemini & capricornus. Cancer & Sagittarius. Leo & scorpio. Virgo & libra. ¶ Et vocatur medietas circuli quę est ab initio leonis vsq; in finē capricorni medietas maxima. & est medietas solis: quia sol ī omni hac medietate habet principium sicuti habēt planetę in suis terminis. Et alia medietas quę est ab initio aquarij vsq; in finē cācri vocatur minima. & est medietas lunæ: quia luna similiter habet in omni hac medietate principium sicut sol in maxima & vocatur illa medietas quę est ab initio arietis vsq; in finem virginis medietas calida: & alia quæ est ab initio libræ vsq; in finem piscium vocatur medietas frigidā. Et vocatur illa quarta pars circuli quæ est ab initio Arietis vsq; in finem geminorū quarta calida / humida / vernalis / puerilis / sanguinea. Et illa quæ est ab initio cancri vsq; in finem virginis dicitur quarta calida / sicca / ęstiualis / iuuenilis / cholerica. Et illa quæ est ab initio libręvsq; in finē Sagittarij: dicitur quarta frigida sicca autumnalis melācholica: & significat initium diminutionis mediocris ętatis. Et illa quæ est ab initio capricorni vsq; in finem piscīū: dicitur quarta frigida humida defectiua senilis hyemalis flegmatica. Omnibus autē planetis quæ feruntur in his signis / non ꝙ

ſint in eis: ſed quia feruntur ſub eis hoc indirecto eorum. Altior & propior circulo ſignorum & curſu tardior eſt Saturnus: deinde Iupiter. deinde Mars. deinde Sol. deinde Venus. deinde Mercurius. deinde Luna quæ eſt terræ propior & curſu omnibus velocior. Significantur autem etiam per caput draconis & caudā cum planetis quædam ſignificationes ſicut exponemus in ſequētibus.

¶ De domibus planetarum.

HAbent quoq; planetæ in his ſignis poteſtates: quaſdam per naturā/ quaſdam per accidēs. ¶ Quæ ſunt per naturam ſunt hæ domus. Exaltatio. Terminus Triplicitas. Facies De illis autem quæ per accidēs ſunt loco conuenienti tractabimus. ¶ Domus ſunt hę. Aries & Scorpius: domus Martis. Taurus & libra: domus Veneris. Gemini & virgo: domus Mercurij. Cancer: domus Lunæ. Leo: domus Solis. Sagittarius & Piſces: domus Iouis. Capricornus & Aquarius: domus Saturni. Septimum autem ſignū a domo vniuſcuiuſq; planetę dicitur eiuſdem fore detrimentum. Et ſi duo ſigna fuerint domus vnius planetæ: dicuntur concordantia in almātica: hoc eſt in circulo qui latus eſt in medio & in ligatura ſtrictus: & habet ſignificare circulum zodiacū. ¶ Signa autē in quæ planetæ dum intrant/ dicuntur gratulari in eis. & domini eorū ſe cūdum Dorotheum ſunt hæc. Saturnus dum intrat aquariū gaudere dicitur. Iupiter in Sagittario. Mars in ſcorpione. Venus in Tauro: & Mercurius in Virgine.

¶ De exaltationibus planetarum.

HÆ ſunt exaltatiōes planetarū. Sol exaltatur in ariete: hoc eſt in .xix. gradu eius. Luna in .iij. gradu Tauri. Saturnus in .xxi. libręe. Iupiter in .xv. gradu Cācri. Mars in .xxviii. gradu Capricorni. Venꝰ in .xxvii. gradu Piſciū. Mercuriꝰ in .xv. Virginis. caput draconis in .iii. gradu geminorū Et cauda in .iii. gradu Sagittarii. In ſeptimo autē ſigno ab exaltatiōe vniuſcuiuſq; planetę: in ſimili gradu erit eius deſcēſio. verbi gratia. ſicut ſol exaltatur in .xviiii. gradu arietis ita in .xviiii. gradu libręe cadit: et ſic de cęteris. Ptolomęus autem ponit arietem totum exaltationem ſolis. Et taurum totum exaltationem Lunæ. et cętera ſimiliter.

¶ De triplicitatibus.

TRiplicitates vero ſic diſtinguimus. Omnia enim tria ſigna quę in vna natura videntur concordari faciunt triplicitatem et eodem nomine vocantur. hoc eſt triplicitas. Aries ergo Leo et ſagittarius faciunt triplicitatem primam: quia vnumquodq; iſtorum ſignorum eſt igneum/ maſculinum/ diurnum/ calidum. ſ. et ſiccum/ cholericū: ſapore amarū. eſt quoq; et hęc tripli-

citas orientalis. Cuius domini ſunt in die ſol/ & in nocte Iupiter. & eorũ particeps in die ac nocte eſt Saturnus. ¶ Triplicitas ſecũda eſt ex Tauro/ virgine & capricorno: quia hæc ſunt ſigna fœminina: nocturna/ terrea/ frigida ſcilicet & ſicca melãcholica/ ſapore acria/ meridiana. ¶ Huius quoq; triplicitatis domini ſunt in die Venus & nocte luna. quarum particeps in die ac nocte Mars. ¶ Tertia triplicitas eſt ex geminis/ libra & aquario. quia hæc ſigna ſunt maſculĩa diurna ſanguinea ſcilicet calida humida aerea/ ſapore dulcia/ occidentalia. Cuius triplicitatis domini ſunt in die Saturnus & in nocte Mercurius. eorum quoq; particeps in die ac nocte eſt Iupiter. ¶ Quartam vero triplicitatem faciunt Cancer/ Scorpius & piſces. quia hæc ſunt fœminina nocturna ſeptentrionalia aquatica flatica frigida humida/ ſapore ſalſa. Cuius triplicitatis domini ſunt in die Venus: & in nocte Mars. quorũ particeps in die ac nocte eſt Luna.

¶ Tabula domorum exaltationum/ gaudiorum/ caſuum & Triplicitatum planetarum.

♈	♂ die	☉ 19 di.			♄ 21		☉ d.	♅	n	♄	a
♉	♀ no.	☽ 3		♀			♀	☽		♂	b
♊	☿ di.	♌ 3			♌ 3		♄	♀		♅	c
♋	☽ d.n.	♑ 15			♂ 28		♀	♂		☽	d
♌	☉ d.n						☉	♅		♄	a
♍	♀ n.	☿ 15		☿	♀ 27		☿	☽		♂	b
♎	☿ d.	♃ 21			☉ 19		♄	♀		♅	c
♏	♂ n.			♂	☽ 3		♀	♂		☽	d
♐	♃ d.	♌ 3		♃	♈ 3		☉	♅		♄	a
♑	♄ n.	♂ 28			♃ 15		♀	☽		♂	b
♒	♄ d.			♄			♄	♀		♅	c
♓	♅ n	♀ 27			☿ 15		☿	♂		☽	d

¶ De ſignis mobilibus/ fixis & communibus.


Quatuor quoq; ex his ſignis dicuntur eſſe mobilia/ ſcilicet Aries Cancer Libra & Capricornus. Et quatuor fixa ſcilicet Taurus Leo ſcorpius & aquarius. Reliqua vero quatuor ſcilicet Gemini Virgo Sagittarius & piſces ſunt communia/ Dicuntur autem mobilia fixa vel communia: quia quando Sol ingreditur aliquod iſtorum: mouetur ideſt mutatur tempus vel figitur. ideſt eodem ſtatu perſeuerat: aut fit commune ideſt medie-

tas illius vnius temporis erit vt medietas alterius. verbi gratia. quando ſol ingreditur ſignū arietis: tempus mutatur ideſt vertitur hyems in ver Et quando intrat Taurum: figitur idem tempus vernale. quando vero ſol ingreditur geminos: fit tempus commune ideſt dimidium veris & dimidium eſtatis et ſic de cæteris.

¶De aſpectibus planetarum.

Dicuntur etiam ſigna ſe aſpicere. hoc eſt omne ſignum aſpicit tertium ante ſe et tertium poſt ſe quod eſt vndecimū: & hic aſpectus dicitur ſextilis/& eſt aſpectus dilectionis et medię amicicię et dicitur etiam ſextilis eo ꝙ teneat ſextam partem circuli ideſt. lx. gradus. verbi gratia. planeta qui fuerit in initio Arietis aſpicit eū qui fuerit in gemini ante ſe et eum qui fuerit in aquario poſt ſe qui eſt aſpectus amicicię. Et aſpicit quartū ante ſe et quartū poſt ſe. i. decimū et hic aſpectus vocatur tetragonꝰ eo ꝙ tenet quartā partē cœli. i. lxxxx. gradus: et eſt aſpectus diſcordię atq; medię inimicicię et aſpicit quoq; quintum ſignum ante ſe et quintum poſt ſe quod eſt nonum: et hic aſpectus dicitur trigonus vel trigona radiatio eo ꝙ tertiam partem cœli ideſt. cxx. gradus teneat: et eſt aſpectus concordię et dilectionis perfectę. Aſpicit autem ſeptimū per oppoſitionē: et eſt aſpectus inimicicię perfectę. Et ſi in his ſignis ita ſe aſpicientibus fuerint planetæ dicuntur ſe aſpicere hic eſt aſpectus: et ſi duo planetæ fuerint in vno ſigno dicuntur cōiuncti. Cum vero fuerit planeta in aliquo ſigno: erunt radij illius in ſignis illis quæ aſpiciunt ipſum ſignū in ſimili gradu atq; minuto. verbi gratia. ſi fuerit Mars in prīo gradu arietis et in primo minuto eiuſdem gradus: erunt radij eius in primo gradu ſigni libræ et in primo minuto eiuſdē gradus. et ſic intellige de cęteris aſpectus. vt in hac figura patet euidentiſſime.

¶Figura aſpectuum.



¶De terminis planetarum.

SVnt quoq; planetarum in ſignis termini vel fines: quia in vnoquoq; ſigno habent quinq; planetæ terminos per diuerſos gradus diſpoſitos: nam ab initio arietis vſq; ad ſextum gradum eiuſdem arietis eſt terminus Iouis: et a ſexto vſq; ad. xij. terminus Veneris: et a. xij. vſq; ad. xx. terminus Mercurij. et a 20. in. xxv. terminus Martis Saturni. et propter diuerſitatem eorum graduum: et grauitatem eorum memoriæ deſcripſimus eos in tabula vt leuius eſſet opus. Termini Aegyptiorum et dicuntur eſſe Hermetis.

♈	♃	6	♀	6	☿	8	♂	5	♄	5
♉	♀	8	☿	6	♃	8	♄	5	♂	3
♊	☿	6	♃	6	♀	5	♂	7	♄	6
♋	♂	7	♀	6	☿	6	♃	7	♄	4
♌	♃	6	♀	5	♄	7	☿	6	♂	6
♍	☿	7	♀	10	♃	4	♂	7	♄	2
♎	♄	6	☿	8	♃	7	♀	7	♂	2
♏	♂	7	♀	4	♃	8	♃	5	♄	2
♐	♃	12	♀	5	♀	4	♄	5	♄	6
♑	☿	7	♃	7	♀	8	♄	4	♂	4
♒	♀	7	♀	6	♃	7	♂	5	♄	5
♓	♀	12	♃	4	☿	3	♂	9	♄	2

¶ Vbi pręponuntur triplicitates terminis.

QVidam autem pręponunt triplicitates terminis eo ♃ domini triplicitatum ſunt fortiores in nutritione. quia ſignificant nutrionem: & quia nulla diſcordia eſt in triplicitate: ſicut eſt in terminis cum prępononuntur. & quidam pręponunt terminos triplicitatibus: eo ♃ domini terminorum ſunt fortiores in directione.

¶ De faciebus ſignorum: & cui planetarum attribuntur.

FAcies autem ſignorum ſunt hę: vnumquodq; ſignum diuidi tur in tres partes ęquales: quælibet pars cõflatur ex. x. gradibus: & vocatur facies. quarum initiũ eſt a primo gradu arietis. Prima ergo facies eſt a primo gradu arietis vſq; in x. & datur Marti. Secunda vſq; ad. xx. gradum. & datur Soli qui ſuccedit ei in ordine circulorum. Tertia vſq; ad finẽ prędicti ſigni. & eſt Veneris: ſimiliter prima facies Tauri eſt Mercurij qui Veneri ſuccedit: & ita vſq; in finem ſignorum. ¶ Cum igitur habueris gradũ in aliquo ſigno & volueris ſcire ex cuius planetarũ facie ſit: ſume ab initio arietis ſigna integra vſq; ad ſignũ de quo volueris ſcire & triplica ea/ & quod ſuperfuerit adde ſuper hoc quod prętierit ex faciebus illius ſigni de quo faciem ſcire volueris cum eadem facie cuius dominum ſcire volueris: & proiice a planeta qui eſt dominus faciei ſigni arietis/ qui eſt Mars ſecũdum ſucceſſionem circulorum. 7. & 7. & quod remanſerit infra ſeptem/ numera a Marte per ſucceſſionem planetarum & vbi finitus fuerit numerus: erit prima facies illius ſigni vnde fuerit gradus vſq; in. 10. eiuſdem ſigni illius planetæ apud quem numerus erit finitus: & a. x. vſq; in xx. alterius planetæ qui illi ſuccedit: & a. xx. vſq; in finem alterius ſigni qui ei ſuccedit: & in cuius decio fuerit gradus ex ſigno

erit facies illius planetę. vocãtur etiam domini facierum iſtarum a quibuſdam decani: cuius ſequitur tabula.

In ♈	♂	10	☉	10	♀	10
In ♉	☿	10	☽	10	♄	10
In ♊	♃	10	♂	10	☉	10
In ♋	♀	10	☿	10	☽	10
In ♌	♄	10	♃	10	♂	10
In ♍	☉	10	♀	10	☿	10
In ♎	☽	10	♄	10	♃	10
In ♏	♂	10	☉	10	♀	10
In ♐	☿	10	☽	10	♄	10
In ♑	♃	10	♂	10	☉	10
In ♒	♀	10	☿	10	☽	10
In ♓	♄	10	♃	10	♂	10

¶De virtutibus planetarum.

ET quia iam annuente deo tractauimus de poteſtatibus planetarum in ſignis quæ ſunt: domus / exaltatio/ triplicitas/ terminus & facies. Nunc igitur tractemus de virtutibus ſeu fortitudinibus eorum in ipſis. nam dominus domus habet· 5· fortitudines: & dominus exalt· 4·& dominus triplic. 3·dominus termini duas: & dominus faciei vnam· Intelligeergoex hoc numero fortitudines planetarum· qui enim magis abundant in numero magis abundant in fortitudine · & quidam præponunt terminum triplicitati: ideſt volunt & dominus termini ſit fortior domino triplicitatis: ſed iam expoſuimus ſuperius in quo valet vnuſquiſq;· Quidam etiam de hac rem tale dederunt cõparationem: dicentes quod planeta cum fuerit in domo ſua eſt ſimilis viro in domo atq; in dominatiõe ſua: & cum fuerit in exaltatiõe ſua/ eſt ſimilis viro in regno ſuo & gloria: & cum fuerit in termino ſuo/ eſt ſicut vir inter parentes & cognatos ſuos atq; gentes. & cum fuerit in triplicitate ſua/ erit ſicut vir in honore ſuo: & inter auxiliatores atq; miniſtros ſuos. & cã fuerit in facie ſua/ erit ſicut vir in magiſterio ſuo. Hæ ſunt vniuerſæ poteſtates planetarum: eſſentiales in ſignis & ſequuntur has figuræ ſignorum.

¶De eſſentiis ſignorum & quid ſignificent in ſemetipſis.

QVia in ſignis ſunt quædam ſigna quæ dicuntur rationalia ſcilicet. Virgo Gemini Libra & Aquarius & prima medietas Sagittarii. quia eorum imagines in circulo ad imagines hominum figurantur. hæc quoq;

dicuntur ſigna pulchras voces habentia. hæc quoq; vigent cū fuerint in oriente Et quædam dicuntur alas habentia/ſcilicet Gemini Virgo & Piſces Et quędā quadrupedia: vt Leo & Sagittarius. Quædam eorum ſunt domeſtica: vt Aries Taurus Capricornus: & hæc vigent cum fuerint in meridie. Virgo autem & Capricornus & Aquarius: vigēt cū fuerint in Septētrione. Et ex ſignisquę dam ſunt tortuoſa & vitioſa/ſcilicet Aries Taurus Cācer Scorpio & capricornus Et quędā ex eis dicūtur plures proles habētia/ſcilicet Cācer Scorpio & Piſces. et hęc vigēt cū fuerit in occidēte. Et quędam ex eis ſunt ſterilia: vt Gemini Leo & Virgo Et quædam ſunt paucos filios habētia: vt Aries Taurus Libra Sagittarius Capricornus & Aquarius. Et quædam dicuntur multū luxurioſa/ſcilicet Aries Taurus Leo & Capricornus. Et ex ſignis quædam dicuntur medium vocem habentia quæ formantur ad imagines animalium balantium & mugientium & rugientiū: vt Aries Taurus Leo & Capricornus: & vltima pars Sagittarij. Et quędam ſunt voce carentia/ſcilicet illa quę formātur ad imagines animalium voce carentium/ſcilicet Cancer Scorpius & Piſces.

¶ De ſignificationibus ſignorum.

ET vnū quodq; ſignum habet propriam ſignificationem in his quę ſignificant ex creatione mēbrorū & moribus hominum & regionum & ſeminum & arborum & cætera Aries habet ex corpore hominis caput & faciem: & ex regionibus bebil: & ferim ideſt Babyloniam & Perſidā & Arabiā & falaſtim & Paleſtinam. Taurus habet arbores quæ plantantur: & ex corpore hominis habet collum & gutturis nodū : & ex regiōibus ezetimet & almech & ſandem & araterad. Gemini eſt ſignum largū boni animi. & habet ex corpore hominis humeros & brachia & manus : & ex regiōibus vrgeti & armeniem nuthrabigem etelenimſtet ideſt Ægyptū et bartha. Cācer habet ex arboribus eas quę fuerint ęquales longitudine: & ex corpore hominis pectus cor ſtomachum coſtas ſplenem & pulmonem. & ex regionibus armeniam minorē/& orientalem plagam buthabem & maſſem & acin. & habet participationē in barach & atrabicęn. Leo habet arbores proceras ideſt longas callidus & verſutus: & multæ anguſtię atq; triſtitię : & ex corpore hominis ſtomachum cor dorſum latus & ex regionibus artitri vſq; in finem regiōis habitabilis. Virgo habet quicquid feminatur ex ſeminibus & eſt larga boni animi. & habet ex corpore hominis ventrem & interiora ſcilicet telam ideſt dyafragma & inteſtina: & ex regionibus argumenta & aſſem ideſt quædam regio circa hieruſalem & alforas ideſt euſraten & inſulam quæ Hiſpania & feſtix vel afeum. Libra habet arbores proceras. & eſt larga/

boni animi. & habet ex corpore hominis lumbos & inferiora ventris vmblicū & pectinem & verēda anchas & ilia & nates. & ex regionibns terram Romanorū vel Grecorū & quæ ſuccedūt eis affines vſq; ad Africam: habet etiā araſſe vel azim vſq; in finē Æthiopię & barthan: habet & Carmē & fegeſtem & Thebis vel thebil & tabraſten barah & ambarath. Scorpius habet arboreslongitudine æquales/largus/boni animi. & habet ex hominis corpore verēda teſticulos veſicam anū & fœmora & ex regiōibus helehiget & rura Arabū & fines eius vſq; in allegem: & habet in alchach participationem. Sagittarius ingenioſus & callidus habet ex corpore hominis fœmora: & ex regionibus ęthiopiā & maharahen & achiut vel acenit vel achichit quę eſt India. Capricornus bonę vitæ iracundus cautus & callidus: multæ triſtitiæ. habens ex corpore hominis genua: & ex regionibus ęthiopiā annaban alcon & acuith & mahamen vſq; ad duo maria ętahant & achiut quæ eſt India. Aquarius habet ex corpore hominis crura vſq; ad inferiora cauillarum id eſt talorum & ex regionibus azenes id eſt nigredinem & althupha & partes eius & terrā elfices & partē terrę ęgypti & occidentalē plagā & terrę achiut. Piſces callidus & cautus/commixtus/multi coloris. habens ex corpore hominis pedes: & regiōibus carabrarem & ſeptentrionalem plagam terræ iurgem & participationem in Romanis vſq; ad effen habet inſulam & Aegyptum & Alexandriam & mare Lycium.

¶ De ſignificatione planetarū in ſignis ſecundū mēbra hominis.

ET ſi quidem planetæ ſignificauerint dolorē/habent in vno quoq; ſigno membrū ſibi propriū: Tractemus ergo de doloribus planetarū in ſignis. & primum incipiamus ab Arie te. Saturnus in ariete habet pectus. Iupiter ventrem. Mars caput. Sol fœmora. Venus pedes. Mercurius crura. Luna genua. In tauro. Saturnus ventrem. Iupiter dorſum. Mars collum. Sol genua. Venus caput. Mercurius pedes. Luna crura. In geminis. Saturnus ventrem Iupiter verēda & quæ ſuccedunt. Mars pectus & quæ ſuccedunt. Sol crura & cauillas ideſt talos. Venus collum. Mercurius caput. Luna fœmora. In cancro Saturnus virilia & omnia eis ſuccedentia. Iupiter fœmora. Mars pectus. Sol pedes. Venus brachia & humeros. Mercurius oculos & guttur. Luna caput. In leone. Saturnus verenda & eis ſuccedentia. Iupiter fœmora & genua. Mars ventrem. Sol caput. Venus cor. Mercurius humeros & guttur. Luna collum. In virgine. Saturnus pedes. Iupiter genua & eorum ſuccedentia. Mars ventrem. Sol collum. Venus ventrem. Mercurius cor. Luna humeros. In libra Saturnus genua & eorum ſuccedentia.

Iupiter oculos & eorum ſuccedētia ideſt partes capitis. Mars verenda & eorum ſuccedentia. Sol humeros. Venus caput. Mercurius vētrē. Luna cor. ☾ In ſcorpione. Saturnus cauillas id eſt talos & earum ſuccedentia. Iupiter pedes. Mars caput/brachia & fœmora. Sol cor. Venus verenda & eorum ſuccedentia. Mercurius dorſum. Luna ventrem. ☾ In Sagittario. Saturnus pedes. Iupiter crura & caput. Mars pedes & manus. Sol ventrem. Venus fœmora & brachia. Mercurius verenda & cor. Luna dorſum. ☾ In capricorno. Saturnus caput & pedes. Iupiter genua & oculos. Mars crura & humeros. Sol dorſum. Venus fœmora & cor. Mercurius verenda & eorum ſuccedentia. Luna fœmora. ☾ In aquario. Saturnus caput & collum. Iupiter humeros/pectus & pedes. Mars cauillas & cor. Sol verenda & eorum ſuccedentia. Venus genua & eorum ſuccedētia. Mercurius fœmora & cor. Luna verēda. ☾ In piſce. Saturnus humeros & brachia & collū. Iupiter cor & caput. Mars cauillas & ventrem. Sol fœmora & eorum ſuccedentia. Venus collū & dorſum. Mercuriꝰ crura & verēda. Luna fœmoralia.

☾ De gradibus ſignorum maſculinis & fœminis.

SVnt quoq; in vnoquoq; ſigno gradus qui proprie dicuntur maſculini atq; fœminini. Nam ab initio Arietis vſq; in. viij. gradum dicuntur eſſe maſculini: & ab. viij. in. ix. fœmini: & a. ix. in. xv. maſculini: & a. xv. maſculini vſq; in. xxij. fœminini: & a. xxij. vſq; in finem arietis/maſculini: quos decreuimus deſcribere ſicut deſcripſimus terminos: & hoc modo depingimus tabulam vt leuius reddatur opus deo auxiliante.

♈	maſ.	8	fœ.	1	maſ.	6	fœ.	7	maſ.	8					
♉	fœ.	5	maſ.	6	fœ.	6	maſ.	4	fœ.	3	maſ.	6			
♊	fœ.	5	maſ.	11	fœ.	6	maſ.	4	fœ.	4					
♋	maſ.	2	fœ.	6	maſ.	2	fœ.	2	maſ	11	fœ.	4	maſ.	3	
♌	maſ.	5	fœ.	3	maſ.	7	fœ.	8	maſ.	7					
♍	fœ.	8	maſ.	4	fœ.	8	maſ	10							
♎	maſ.	5	fœ.	10	maſ.	5	fœ.	7	maſ.	3					
♏	maſ.	4	fœ.	10	maſ.	3	fœ.	8	maſ.	5					
♐	maſ.	2	fœ.	3	maſ.	7	fœ.	12	maſ.	6					
♑	maſ.	11	fœ.	8	maſ.	11									
♒	maſ.	5	fœ.	10	maſ.	6	fœ.	4	maſ.	2	fœ.	3			
♓	maſ.	10	fœ.	10	maſ.	3	fœ	5	maſ.	2					

☾ De gradibus lucidis/tenebroſis/fumoſis & vacuis.

ET in vno quoq; iſtorum ſignorum ſunt gradus qui dicuntur lucidi : & gradus qui dicuntur tenebroſi:& gradus qui dicũtur fumoſi: & gradus qui vocantur vacui. Dicũt enim quidam quod ab initio arietis vſq; in tertium gradum ſunt tenebroſi:& a.iii.in.viii.lucidi:& ab.viii.ĩ.xvi. tenebroſi : & a.xvi ĩ xx.lucidi:& a.xx.vſq; ad.xxiiii.vacui.& a.xxiiii.vſq; in.xxviiii. lucidi.& a.xxix.in finem arietis vacui. de quibus faciemus tabulum ſi deus voluerit.

♈	te.	3	lu.	5	te.	8	lu.	4	va.	4	lu.	5	va.	1									
♉	te.	3	lu.	4	va.	5	lu.	3	va.	5	lu.	8	te.	2									
♊	lu.	4	te.	3	lu.	5	va.	4	lu.	6	te.	5	va.	3									
♋	lu.	12	te.	2	va.	4	fu.	2	lu.	8	va.	2											
♌	te.	10	fu.	10	va.	5	lu.	5															
♍	te.	5	lu.	3	va.	2	lu.	6	fu.	6	va.	5	te.	3									
♎	lu.	5	te.	5	lu.	8	te.	3	lu.	6	va.	3											
♏	te.	3	lu.	5	va.	6	lu.	6	fu.	2	va.	5	te.	3									
♐	lu.	9	te.	3	lu.	7	fu.	4	lu.	7													
♑	te.	7	lu.	3	fu.	5	lu.	4	te.	3	va.	3	te.	5									
♒	fu.	4	lu.	5	te.	4	lu.	8	va.	4	lu.	5											
♓	te.	6	lu.	6	te.	6	lu.	4	va.	3	lu.	3	te.	2									

De gradibus puteatibus.

ET in ſignis ſunt quidam gradus qui vocantur putei: cum fuerit planeta in aliquo eorum dicitur eſſe in puteo. vt eſt ſextus gradus arietis & cætera. vt in hac tabula ſequenti oſtendetur.

♈	6	11	16	23	29			♎	1	7	20	30											
♉	5	12		24	25			♏	9	10	22	23	27										
♊	2	12	17	26	30			♐	7	12	15	24	27	30									
♋	12	17	23	26	30			♑	2	7	17	22	24	28									
♌	6	13	15	22	23	28		♒	1	12	17	22	24	29									
♍	8	13	16	21	25			♓	4	9	24	27	28										

De gradibus azemena ideſt debilitatis corporis.

ET ſunt in ſignis quidam gradus qui dicuntur gradus azemena ideſt gradus debilitatis corporis. Eſt enim azemena quædam debilitatio corporis temporalis. vt ſurditas: cęcitas:membri amiſſio/& cætera talia.quę q̄diu vixerit homo ſemper habebit:niſi miraculoſe ſanetur. Cum ergo fuerit luna in his gradibus in natiuitate alicuius pueri: accidet ei prędicta azemena ſecundum ſignificationem loci & aſpectus ſeu loca planetarum. Si-

gnificatur quoq; azemena per aſtra diuerſis modis. ſicut in libris natiuitatum inuenies. gradus autē azemene ſunt hi qui deſcribūtur hæc in tabula.

In ♉	6	7	8	9	10		In ♏	19	29			
							In ♐	1	7	8	18	19
In ♋	9	10	11	12	13	14	15	In ♌	20	27	28	29
In ♒	18	27	28				In ♓	18	19			

¶De gradibus augmentantibus fortunam.

ET in hoc circulo ſunt quidam gradus qui dicuntur augentes fortunam: qui in iſta tabula deſcripti ſunt.


♈	19						♎	3	5	21		
♉	3	15	27				♏	7	18	20		
♊	11						♐	13	20			
♋	1	2	3	4	15		♑	12	13	14	20	
♌	2	5	7	19			♒	7	16	17	20	
♍	3	14	20				♓	13	20			

¶De gradibus compotentibus.

ET duo gradus qui fuerint vnius lōgitudinis a capite ſigno rum mobilium dicuntur compotentes ideſt vnius fortitudinis & conſortes ſeu participes in virtute. vt. xx. grad. capricor. vel cancri/ cum. x. gra. Sagit. vel geminorum. &. xx. gra. arietis vel libræ cum. x gradu piſcium vel virginis.

¶De eſſe circuli accidentali.

SEd quia auxiliante deo iam protulimus eſſe circuli ſignorum eſſentiale: nunc proferamus accidentale. Nam circulus figuratur in omni hora tali figura: quę diuiditur in quatuor partes: quas diuidit circulꝰ hemiſphęrij: & circulus meridiei id eſt circulus medij cœli: qui facit medium diem. & vnaquęq; pars iſtarum partium diuiditur in tres partes inęquales ſecundum aſcenſiones ſigni aſcendentis. atq; hoc modo diuiditur circulus in duodecim partes quæ vocantur domus. nominantur quoq; & cuſpides & turres . cuius opus expoſitum eſt in libro Ezibi ideſt in libro curſus ſiderum. Principium quoq; diuiſionis eſt horoſcopus: hoc eſt aſcendens: cuius initium eſt ſuper circulum hemiſphęrij orientalis deinde ſecunda domus ſequitur & tertia: cęteræq; domus vſq; ad duodecimam. Quarta autem pars quæ eſt ab aſcendente vſq; ad medium cœli: quæ eſt domus duodecima vndecima



& decima dicitur quarta pars orientalis masculina . & aduenies significat initium vitæ : & vocatur puerilis/ sanguinea/ vernalis/ Et pars alia quæ est a medio cœli vsq; ad gradum occidentalis signi idest septimæ qui est super circulum hemisphęrij occidentalis :quæ est domus nona/octaua & septima:& est meridiana fœminina.recede:nsignificat mediam ætatem:& vocatur profecto iuuētutis ęstiualis cholerica. ¶ Tertia quoq; pars quę est ab occidẽte vsq; ad gradum quartæ domus quę est super circulum meridiei sub terra:quę est domus sexta quinta & quarta:est occidẽtalis masculina.aduenięs significat finem vitę:& vocatur autumnalis melancholica. & est senilis & est mediocris ætatis. ¶ Quarta pars quæ est a quarta domo vsq; ad ascendens quæ domus est tertia secunda.atq; ascendens est septentrionalis fœminina recedens significat quod accidit homini post mortem eius. & ad quid deueniet corpus eius vel eius dispositio. de dimissa substantia . aut quid dicetur de eo scilicet vtrum laudetur vel vituperetur . & vocatur hæc pars senilis flegmatica defectiua hyemalis. Et illę

duæ partes quæ ſunt a medio cœli vſq; ad aſcendens : & ab aſcendente vſq; ad quartam domum : iſta medietas vocatur medietas aſcendens: & reliquæ partes quæ ſunt a quarta domo vſq; ad ſeptimã/ & inde ad mediũ cœli: vocatur medietas deſcẽdens. Et quicquid fuerit ſuper terram ex circulo ideſt illa pars circuli ſuperior: dicitur dextra: & quæ ſub terra ideſt illa pars inferior dicitur ſiniſtra Et aſcendens & quarta & ſeptima & decima dicuntur alamed id eſt quas nos angulos vocamus vt pulchrius ſonet. Et ſecunda domus octaua & quinta & vndecima ſuccedentes angulis vocantur. Tertia autem &. vi. ix. ac. xii. cadentes ab angulis dicuntur Cum ergo planeta in angulis vel eius ſuccedentibus fuerit dicitur proficere: & ſi fuerit in cadentibus ab angulis dicitur deficere. & vnaquęq; iſtarum domorũ ſignificat aliquid de eſſe hominũ.

¶ De domibus & ſignificationibus earum.

PRima domus cuiꝰ initiũ oritur in circulo hemiſphęrii oriẽ talis/ vocatur athale ideſt aſcendens. hæc ſignificat corpora & vitã & initia operum in interrogatiõibus & oratione & locutiõe & rumoribus/ & quicquid cogitat interrogãs in animo ſuo. & ſignificat initia vitæ. Et dicit Alendezgod in natiuitate: q; dominus triplicitatis prius ſignificat vitam & naturam nati ſeu interrogãtis/ & eius delectationem atq; voluntatem: & quid diligat: & quid odio habeat: & quid boni ſeu mali ei adueniat in initio vitæ eius. & dominus triplicitatis ſecundus/ ſignificat vitam & corpus & virtutem ſeu fortitudinem & medietatem vitæ. & dominus triplicitatis tertius/ ſignificat id quod ſocii eius ſignificauerũt & ſignificat finem vitę in morte.

SEcunda domus eſt domus ſubſtantiæ ac victus & miniſtrorum & auxiliatorum: & ſignificat finem annorum vitæ ideſt finem iuuentutis. Et dixit Allẽdezgod de dominis triplicitatis domus ſubſtantiæ : de primo ſcilicet ſecundo ac de tertio vide quis eorum ſit fortior/ eſſe & loco: hunc facies merito autorem ſubſtantiæ & ſignificatorem acquiſitionis. q; ſi fuerit in medio cœli: inueniet hanc a rege. & ſi fuerit in domo fidei alias fiducię: eſt melius. Similiter dominus triplicitatis primus/ dat ſubſtantiam in initio vitæ. & ſecundus in medio vitæ. & tertius in fine eius.

TErtia domus eſt fratrum & ſororum & propinquorum ac dilectorum fidei atq; religionis mandatorum ac legatorum/ mutationũ atq; itinerum minorum. & ſignificat eſſe vitæ ante mortẽ. dixit Alendezgod: dominus triplicitatis domus fratrum/ primus ſignat fratres maiores : & ſecundus/ medios. tertius minores. eritq; eorum dignitas & eorum eſſe ſecundum loca eorum.

QVarta domus est patrum/hereditatum finis rerum & thesaurorum & omniū absconditorū atq; occultorū: & signat de esse vitæ hominū finem. dixit Alēdezgod ꝙ dominus triplicitatis domus patrū. primus significat patres secundus ciuitates & terras. tertius fines rerum & carceres.

QVinta domus filiorum & dilectionum legatorum atq; donationum: & significat quod futurum sit post mortem ex laude. ſ. & vituperio. dixit Alendezgod ꝙ dominus triplicitatis domus filiorum. primus significat filios & vitam. secundus dilectionem. tertius vero legatos.

SExta domus est infirmitatum & seruorum: & significat finē vitæ: & quicquid futurū sit ante senectutē. dixit Alēdezgod dominus triplicatis domus infirmitatum. primus significat infirmitates & valitudines ab infirmitatibus & a malis & deteriorationes. secūdus significat vernaculos & seruos. tertius significat qd eueniet ex eis & eorum vtilitatem atq; opera: & significator est bestiarum ac pecorum/& omnium quadrupedum: & fortitudinis eorum multitudinis quoq; eorum ac paucitatis more eorum in manu eius vel egressionis eorum ab ea scilicet manu: carceris quoq; atq; retentionis.

SEptima domus est mulierū: nuptiarū/contentionum quoq; atq; participationū & oppositorum: & signat medietatem finis vitę erga senectutem. Dixit Alendezgod ꝙ dominus triplicitatis domus. vij. primus signat mulieres. secundus contentiones. tertius commixtiones et participationes.

OCtaua domus est mortis: signat timorem & mortem atq; almauerith. i. substātias vel hereditates mortuorum quas debent heredes post mortem ipsorum possidere: & significat annorum vitæ finem post senectutem. dixit Alendezgod ꝙ dominus triplicitatis domus mortis primus significat mortem. secūdus præcepta seu res antiquas. tertius almauerith/idest quæ hereditanda sunt ex mortuis.

NOna domus est peregrinationū itinerū fidei atq; religionis/sapientię philosophię & librorum epistolarum quoq; ac legatorum narrationum seu rumorum atq; somniorū: & initium dimidię vitæ significat. dixit Alendezgod ꝙ dominus triplicitatis domus peregrinationis. primus signat peregrinationem & omne quod accidit ei. secundus significat fidem atq; religionem & valitudinem harum atq; modum earum. tertius significator est sapiētię somniorum & stellarum & auguriorum & veritatis exercentium in eis atq; mendacij.

DEcima domus: eſt regina et operum et ſublimationis vel exaltatiõis/regni quoq; atq; memoriæ & vocis ſcilicet imperii et magiſteriorum atq; matrum: et ſignat dimidium annorum vitæ. Dixit Alẽdezgod q̃ dominus triplicitatis domus regiæ. primus ſignat opus & exaltationẽ ſcilicet ſedis ſublimationem & altiſſimam manſionem. ſecundus igitur vocem imperij et audaciam in eodem. tertius ſignificat ſtabilitatem eius atq; durabilitatem.

VNdecima domus eſt fiducię & laudis atq; fortunę: amicorum quoq; & miniſtrorum ac auxiliatorum: & ſignat finẽ annorum medietatis vitę. Dixit Alendezgod q̃ dominus triplicitatis domus fiducię. primus ſignat fiduciam: ſecundus amicos. tertius vtilitatem ſeu profectus eorum.

DVodecima domus eſt inimicorum & laboris atq; triſtitię inuidię & ſuſurrationis caliditatis ingeniorum atq; beſtiarum: & ſignat finem vitæ & quod cõtingit matribus in cõceptione ſua ex bono vel malo. Dixit Alẽdezgod dominus triplicitatis domus inimicorum. primus ſignificat inimicos. ſecundus labores. tertius vero beſtias & pecora. Hæc ſunt quæ ſignificant xij. domus.

¶ De coloribus duodecim domorum.

SIgnificant etiam. xij. domus colores/& hi ſunt: nam domus aſcendens vel prima &. vii. ſunt albę. ii. &. xii. virides. iii. &. xi. croceę. iiii. &. x. rubeę. v. &. viiii. mellitę/id eſt habent mellis colorem. vi. vero &. viii. nigræ ſunt.

¶ De gaudiis planetarum in domibus.

ET vnuſquiſq; planeta habet in vnaquaq; iſtarum domorũ quandam poteſtatẽ/ ex poteſtatibus ſcilicet accidentalibus quę dicuntur gaudiũ. quia Mercurius gaudet in aſcẽdẽte. Luna in domo. iij. Venus quoq; in. v. & Mars in. vj. Sol in. viij. Iupiter. in. xj. Saturnus in. xij.

De fortitudine angulorum.

ET dicitur in ſignificatione domorum q̃ anguli ſignificant fortitudinem & perfectionem. Cadentes vero ab angulis debilitatem & detrimentũ: niſi q̃. viij. &. iij. ſignificant rẽ apertam & detectam cum fama. xij. &. vj. ſignificant occultationẽ & retentionem & vilitatem rerum. Anguli autem & domini angulorum ſignificant magnitudinem honorum precij atq; fortunę: ſortitudinem & exercitationem & elongationem a caſu: & præſentia eorũ in cadẽtibus eſt contraria fortunę. i. dedecus & caſus. De ſuccedentibus vero angulorũ: domus quæ ſuccedit decimæ. i. vnde-

cima significat fortitudinem & fortunam mediam amicorum. & ex ea parte in qua erat fiducia. & illa quę sequitur quartam. i. v. significat fortunam mediam per donationes & veneraciones & causa filiorum cum veneratione lætitia & gaudio. quæ autem succedit ascendenti quæ est secunda: significat similiter fortunam mediam ex causa substantiæ & ministrorum quæ vero succedit septimæ ideſt octaua: significat similiter fortunam mediam ex almauerit ideſt ex substantia quæ hæreditatur a mortuis & rebus occultis.

De significationibus dominorum angulorum.

HÆ quoq; sunt significationes dominorum angulorum dum fuerint præsentes in angulis. Præsentia domini ascendentis in ascendente significat eius fortunam per semetipsum: & per eius acquisitionem: & significat præsentia eius in decima per regem & magisteria altiora: & cum fuerit in septima per conuentiones & factores atq; vxores: per præsentiam quoq; eius in quarta significat fortunam per hæreditates & causas patrum & per productiones aquarum & populationes vel plantationes ideſt ædificatioues & ex rebus antiquis & radicalibus. ¶ *Significat quoq; dominus decimæ per præsentiam suam in eadem decima fortunam vel per regem vel per regnum magnum & magisteria altiora:* & significat per præsentiam suam in septima regnum per victoriam contentionum & ex causis vxorum: & per præsentiam eius in quarta signat regnū per amicitiā nobilium & regis eius & per causas tribunorum & per dispensatores regum & cultus terrarum & ędificationes ciuitatū & per diuisiones fluminum & custodias ciuitatum & ex rebus antiquis: & per præsentiā suam in ascendēte significat regnum per ingenia & per propinquitatem regis rebus vulgi. ¶ Præsentia autē domini septimæ in septima: significat fortunā per negociationes & per conuētiones: & per nutritiones quoq; & mulieres: & per satores: & significat per præsentiam eius in quarta per conuentiones mulierum: & per negociatiōes: & per causas patrum & hęreditatum & cultus terrę: & præsentia sua in ascendente per conuētiones & negotiationes per causas medicinæ atq; astronomiæ: & per opera spiritualia atq; ingenia & cōsimilia: & significat per prędentiam suam in. x. fortunā per conuentiones & negociationes & per vxores & per causas regis. Prędentia vero domini quartę in quarta significat fortunā ex ex cultu terrę: & fructu per causas patrum atq; res antiquas: & per prędentiā eius in ascendēte significat fortunā ex cultu terrę & fructu per ingeniū & cōsilii profunditatē: & prędentia sua in. x. significat profectū ex cultu terræ & fructu per causas regis & magistc-

riorum. Et præſentia ſua in ſeptima ſignificat fortunam ex cultu terræ & fructum per cauſas vxorum & ſatorum: & per negotiationes. Hæc ſignificant domini angulorum per præſentiam ſuam in angulis ſuis. Similiter ergo facies de præſentia dominorū & cæterarum domorum: & ideo introduximus tantum dominos angulorum vt eſſent exemplar in cæteris.

¶ Qualiter ſciatur quis planeta ſit dominator.

ET cum volueris ſcire planetam dominatorē rei aſpicias quis planetarum ſit pluris auctoritatis in domo rei: & planetā qui ſignificat naturam illius rei: ſicut dicemus in naturis planetarum. vide ergo quis planetarum ſit fortior in domo rei: & in parte eius ex fortitudinibus quas prędiximus/ideſt ex numero quem prędiximus dum de fortitudine planetarum & poteſtate tractauimus & qui fortior omnibus fuerit in loco rei: ipſe erit dominator eius: verbi gratia: ſi interrogatio fuerit de ſubſtantia & volueris ſcire quis ſit dominator eius & fuerit ſecunda domus quæ ſignificat ſubſtantiam ſcilicet quintus gradus ſigni arietis: quia domus eſt Martis: habet in hoc loco Mars quinq; fortitudines: exaltatio quoq; eſt ſolis: & habet in eo quatuor fortitudines. eſt etiam ipſius ſolis triplicitas: & habet in eo tres fortitudines. habet ergo ſol ibi ſeptem fortitudines. & eſt terminus Iouis. & habet ibi duas fortitudines: & eſt etiam facies Martis: & habet ibi vnā fortitudinē: ergo Mars habet ibi ſex fortitudines: quinq; ex domo & vnam ex facie: & ſol ſeptem: & talis planeta vocatur almubta. i. vincens. Sol ergo accipit ibi principatum: quia habet ibi ſeptem fortitudines & ipſe dominatur ibi in domo ſubſtantiæ. Similiter accipies in loco partis ſubſtantiæ & partis fortunæ & participem illorum facies Iouem qui eſt ſignificator ſubſtantię naturaliter & commiſcebis partium & planetarum teſtimonia: & facies hoc idem de omnibus domibus et ſcies dominatorem earum.

¶ De poteſtatibus accidentalibus planetarum.

EX poteſtatibus quoq; planetarum accidētalibus eſt Alhais ideſt ſimilitudo: & hoc eſt cum fuerit planeta diurnus in die ſuper terram & in nocte ſub terra & planeta nocturnus in nocte ſuper terram: & in die ſub terra & ſi hoc fuerit maſculinus planeta in ſigno maſculino: & planeta fœmininus in ſigno fœminino dicitur eſſe in ſua ſimilitudine. i. in ſuo alhais. Et erit fortitudo eius vt viri fortitudo in loco eius profectus. i. acquiſitionis atq; fortunę.

¶ DIFFERENTIA SECVNDA IN NA-turis planetarum septē/ & quid sit illis propriū/ & quid significent de esse rerum.

ET quia auxiliante deo iā peregimus/ quod proposuimus tractare de circulo signorum & eius accidentibus: prosequamur nūc intentionem septem planetarum/ & naturas eorum/ esse quoq; eorum & quid significēt.

SAturnus est masculinus/ malus/ diurnus. & est significator patrum si fuerit pueri natiuitas in nocte. & significat senectutem vltimam si fuerit occidentalis: & initium senectutis si fuerit orientalis. & significat grauitatē frigoris & siccitatis. & ex complexione corporum/ melācholicam: & augmentum eius atq; distillationem. Et fortassis erit quandoq; complexio frigida/ humida/ pōderosa/ & fœtidi est odoris: & multæ comestiōis & verę dilectionis. & significat profunditatem consilij: & multitudinem silentij. & ex magisterijs res antiquas & prętiosas. & significat cultus agrorum & populationem terrarū & fluminū si fuerit fortunatus. & res viles & laboriosas si fuerit malus: vt confricationes in balneis: & fullones & nautas. Et si fuerit fortunatus: erit verę dilectionis spatiosus & patiens. Et si fuerit malus: erit indiscretus/ stabilis/ tristis & mœrens malę suspiciōis multum suspicans: & mouens homines in susurrationibus. Et si fuerit fortunatus: significat de substātia res antiquas & durabiles & hęreditates & terrę cultus: & si fuerit malus significat aquas sordidas & mali saporis veteres atq; cōuertibiles. Et ex infirmitatibus morbos flegmaticos & melācholicos & viscosos & congelatos. acutos: vt lepram/ morphęam/ podagram & cācros/ & cætera huiusmodi: & significat peregrinationes longinquas carceres & vincula laborem quoq; ac tarditatē & afflictionem/ & almaucrith idest substātias mortuorū: patres etiam & auos & fratres maiores eunuchos/ seruos & viles homines. & significat ex operibus opera coriorum si fuerit solus significator absq; complexione alicuius planetarum. ꝙ si cōplectitur ei Iupiter: significat opus pergameni in quo scribuntur diuini libri. Et si cōplectitur sibi Mars: significat soleas solarium & prępara tiones earum. Et si complectitur sibi sol: significat opus consutorum coriorū. Et si complectitur ei Venus significat opus coriorum ex quibus fiunt tympana & alia instrumenta quibus vtimur in ludis. Et si cōplectitur ei Mercurius significat opus coriorum in quibus scribuntur testamēta & numeri stipendiorum. Et si complectitur ei luna: significat prępariationē corio-

rum ferarum et montanorum animalimum et huiusmodi similia. et significat de sectis eam quæ vnitatem confitetur si fuerit fortunatus: et si fuerit malus / significat credentiam vnitatis cum multa tamen hęsitatione. i. dubitatione. Et dixit Messehala. i. quem voluit deus exaltari: qui fuit vnus astrologus in scientia perspicuus iudiciis: quare sic dictus est ꝙ signat fidem iudaicā: ideo quia est ex antiquioribus: et omnes confitentur eam et ipsa nullā aliam: sicut Saturnus cui omnes iunguntur et ipse nulli: signat quoq; indumenta nigra. Et dixerunt quidam alii ꝙ Saturnus signat interiora auris et splenem ac stomachum: et habet ex coloribus nigredinem: et de saporibus stipticos et acetosos. Et et ex diebus sabbatū: et ex noctibus eam quæ præcedit quartam feriā. Et quātitas orbis eius est nouem graduū. Et anni fridarię eius sunt. xi. maximi vero. 465. et maiores. 57. et medii. 43. et dimidium: minores. 30. Fortitudo eius in plagis circuli est in dextra septentrionis. Et dixit Messehala ꝙ signat de figuris hominū hominem inter nigrū et croceum: qui cum ambulauerit mergit oculos suos in terrā / pōderosus incessu adiungēs pedes. et macer / recuruus / habēs paruos oculos: et siccam cutem / venosus / raram habēs barbam in maxillis labia spissa callidus ingeniosus seductor interfector. Et dixit Dorothius: hic signat hominem corpore valde pilosum iunctis supercilijs: et habet ex regionibus Ascine et Indiam et omnem terram nigrorum. Et ex partibus habens partem fortitudinis et stabilitatis: et signat terras vel res terrarum et hęreditatū: et eos qui prę sunt operibus et audaciam et laborem ingenia et causas mortis: et habet ex partibus mundi achiud et alchiut et eorum confinia et terras nigrorum et montes eorum.

IVpiter fortuna masculinus diurnus: et est significator substātiæ et operatur calorem et humiditatem temperatam aeream sanguineam: et de ætatibus significat iuuentutem vsq; ad perfectionem ætatis: et ex magisteriis quæ pertinent ad legē: vt iusta iudicia iudicare: et pacē inter homines mittere et in bonis studere. et substantię significat abundantiā: et ex negotiis illa quę fiunt absq; seductione et signat animā et vitam lętitiā et veritatem et religionem et patiētiam et omne pręceptum pulchrū et pretiosum et abundantiā veneris: et ex infirmitatibus quæ fiunt ex sanguine per augmentū quantitatis quæ nō fuerit superflua extra naturā: nec ex sanguine vsto et cōuertibili: et est planeta sapientię et intellectus et vsus. Cui si complectitur saturnus signat necromantiam et incantationes et exorcismos &c. Et si cōplectitur ei Mars significat scientiam medicinæ. Et si complectitur eisol significat scientiam sectarū et prudentiā in contentionibus et disputationi-

bus. Et ſi complectitur ei Venus: ſignat cõpoſitionem ſonorum et aliarum delectabilium. Et ſi complectitur ei Mercurius: ſignat ſciẽ tiam arithmeticę et ſcribendi: aſtronomiã quoq; et philoſophiam et geometriã. Et ſi complectitur ei luna ſignat ſcientiã diſpoſitionis aquarum et menſurę earũ necnon terrarũ: et ex qualitate animi ſignat largitatem et verecundiã atq; iuſtitiam et ex ſectis pluralitatem atq; ſimulationem. Quidam autem dixerũt q̃ ſignificat hepar et ſtomachum et aurem ſiniſtram et brachia atq; ventrem: inferiora quoq; pectinis & inteſtina: et ex coloribus colorem cineritium et viridẽ et horũ ſimiles: et ex ſaporibus habet dulcẽ: et quãtitas orbis eius eſt graduũ. 9. et ex diebus habet diẽ Iouis: et ex noctib⁹ noctẽ diei lunę: et ãni fridarię eius. i. dominatiõis eius ſunt. 12. et anni maximi ſunt. 428. maiores. 79. medii. 45. et diminutiũ. minores vero. 12. et fortitudo eius ex plagis circuli eſt in occidente. Et dixit Meſſehala q̃ ex hominibus ſignificat hominẽ album habentem ruborem in facie: habentem oculos non prorſus nigros: nares non ęquales et breues/ caluum: in aliquo dentium habentem nigredinem: pulchrę ſtaturæ boni animi bonis moribus: pulchri corporis. Et dixit Dorothius q̃ ſignificat hominem habentem magnos oculos: et pupillam latam/ barbam criſpam: et habet ex regiõibus alchirath et Babyloniam et aſen et Perſidem: et alaormes et Archadiam et ex partibus habẽs partem habitudinis profectus: et ſignificat fidem et appetitum in bonis: et ex operibus ſalubritatem ſecuritatem et participationem.

MArs maſculinus: nocturnus malus operatur calorẽ et ſic citatẽ et eſt ſignificator fratrũ et peregrinationum: et habet ex ætatibus iuuentutẽ vſq; in finẽ iuuentutis: et natura eius cholerica amari ſaporis: et in magiſteriis omne magiſteriũ igneũ et quod fit per ferrum et ignem: ſicut eſt percuſſio gladiorum cum martellis. Cumq; ei complectitur Saturnus ſignat percuſſionem ferri. Si Iupiter ſignificat percuſſionem æris. Si ſol ſignificat percuſſionem nummorum aureorum. Si Venus: ſignificat magiſterium ornamẽtorũ. Si Mercurius percuſſionem acuũ. Si luna: ſignificat percuſſionem lãcearum et librorum: ſignificat etiam cum ſolus ſuſcipit ſignificationem opus medicinę. Si nullus planeta ei complectitur ſignificat minutionem: et vulnerationem et apertionem et horum ſimilia. Et ſi complectitur ei Saturnus ſignat opus medicinę et vulnerum. Et ſi Iupiter ſignat opus naturarum. Et ſi ſol ſignat curam oculorũ. Si Venus ſignat opus ornamenti: vt tonſuram crinium et barbarum et abſciſionem vngularum. et ſi Mercurius ſignat abſciſionẽ venarũ. Si luna ſignificat eradicationẽ dentiũ et purgationẽ aurium. Et per ſe: ſignat

iniurias miſerorū/ & effuſionē ſanguinis/ & oppreſſiones per vim & abſciſſiones viarum & iracundiam & ductum exercitus/ & feſtinationem & inuerecūdiam/ & peregrinationem extra patriam: & fœditatem coitus/ & caſus puerorum ideſt abortiuorum: & fratres medios atq; ſorores/ ſcientiam ac diſcretionem curę beſtiarum. Et ex infirmitatibus febres calidas & ſanguineas & puſtulas ſanguineas/ alabraha quæ eſt rubedo corporis cum aſperitate & fœditate & commeſtiōe carnium cum putredine: & dimidij capitis dolorē: & ignem ſacrum & pauorem/ & cogitationes horribiles: quæ inquietant homines & commouent & impediūt atq; inanes reddūt. & quicquid fuerit cum inflammatione caloris. Et ex qualitate animi: commotionem ſcilicet animi & conturbationem. Si aſpexerit eum Saturnus: ſignificat odium & maximam inuidiam: & ex ſectis eam in qua bellum fuerit: & vnitatem & celeritatem mutationis a fide/ & multitudinem hæſitationis & mutationem de teſtamēto in teſtamentum: erunt tamen hæc omnia ſub vnitate. Dixerunt quidam ♀ habet ex mēbris fel/ renes & venas & decurſum ſpermatis & dorſum: & habet ex coloribus rubedinem: & ex ſaporibus amarum: & quantitas orbis eius eſt. 8. grad. & ex diebus habet diem Martis: & ex noctibus noctē ſabbati: & anni fridariæ eius ſunt ſeptem. & anni eius maximi ſunt. 264. maiores ſunt. 66. medij autem. 40. & dimidiū: & minores. 15. & fortitudo eius in plagis circuli in meridie. Et dixit Meſceala ♀ ſignificet de imaginibus hominum hominem rubeum habentē capillos ruffos & faciem rotundam leuiter homines dehoneſtantem/ habentē oculos croceos horribilis aſpectus/ audacem/ alias citū habentem in pede ſignum vel maculam. Et dixit Dorothius ♀ ſignificat habentem acutum aſpectum: & ex partibus partem audacię: & ſignificat perſeuerantiam/ calliditatem & ſuperbiam & leuitarem & mobilitatem & audaciam & negotiationem/ acuitatem & feſtinationem in omnibus rebus: & habet ex partibus mundi Aſce & terras Romanorum vſq; in occidentem: & terras Thuſcorum.

SOl per aſpectum fortunatus eſt: & malus per coniunctionē in vno ſigno. & eſt maſculus. diurnus operatur caliditatē & ſiccitatem. & eſt ſignificator patrū ſi fuerit natiuitas in die. ſignificat regnum maximum & animam vitalem & lumen & ſplēdorem & intellectū & pulchritudinem & mundiciam atq; fidem. Et ex ætate finem iuuētutis. Et participatur vniuerſis planetis in diſpoſitione annorum. Et ex magiſterijs regimen & principatum: & ſignificat iaculationem iaculorum & venationem/ purgationē cum omni ſpecie purgandi: qua corpora interius & exterius purgantur. Et ex infirmitatibus ſignificat infirmitates calidas & ſic-

eas in corporibus apparentes. Et ex ſubſtantia aurum plurimum & vniuerſas ſpecies ſubſtantiæ. Et ex qualitate ipſius animi ſubli mitatem/ prudentiam & quæ ſequuntur honeſtatem. ſ. largitatem & gloriam: & prolixitatem mentis. Et ex ſectis: culturam bonam & eis ſimilia. Et ſignificat imperium vocis & fortitudinem cele ritatis. Si complectitur ei Saturnus: ſignificat villicationem & huiuſmodi principatum. Si Iupiter: ſignificat in fide principa tum & religionem/ & etiam iudicem inter homines iudicãtem ope ra oppreſſorum vel iniuriarũ &c. Si Mars: ſignat ductum exerci tus et inueſtigationẽ bellorum. Si Venus: ſignat regnum per mu lieres et per obſequium potentum. Si Mercurius: ſignat conſulto res regum & opus librorum et hereditatum et maiorum operum. Si luna: ſignat opus legatorum & detectionem conſiliorũ et huiui modi ſimilia. Et dixerunt quidã/ ♀ ſol ſignat imaginem vultus ho minis: et proprie ex viris oculum dextrum: et ex mulieribns ocu lum ſiniſtrum. et dixerunt quidam ♀ habet cor et medullam et fe mora. Et ex infirmitatibus comeſtionem carnium in ore: et detri mentum oris proprie/ et deſcenſionem aquæ in oculum: poteſtas eius in capite. Et dixerunt Indi ♀ cum fuerit in aſcendente erit comburẽs et habebit ſignum in facie. Et habet ex coloribus quic quid videtur peregrino colore: et ex ſaporibus/ acrem. Et quanti tas orbis eius eſt. 15. graduum. Et ex diebus diem habet domini cam: et ex noctibus noctem Iouis. Anni fidarię eius ſunt decẽ. Et anni eius maiores ſunt. 120. maximi ſunt. 1460. medij. 39. et di midium vel ſecundum quoſdam. 69. et dimidium: minores vero. 19. Fortitudo eius ex plagis circuli eſt in oriẽte. Et dixit Meſcea la ♀ ſignat de figuris hominum eum quę habet colorem inter cro ceum et nigrum. i. fuſcum/ tectũ cum rubore/ breuis ſtaturę/ criſpũ caluum pulchri corporis: et habet ex ſaporibus acutum. Et dixit Dorothius ♀ figura ſolis et lunę eſt figura planetarum qui fuerint cum eis: et eius quæ dignior fuerit in loco eorum. Si ergo velis ſci re figuram ſolis: ſcito ♀ ſit crocea/ habens partem ruboris capillo rum: oculi eius aliquantulum crocei. Et ex partibus habens par tem futurorum. i. partem diuinationis. et eſt ſignificator naturarũ et ſpiritus ſapientiæ/ eleuationis et perfectionis, fidei quoq; ſcien tiarum et laudum. Et ex partibus mũdi habet zamarach et Cura et Ferit et eius terminos et terras Romanorum.

VEnus/ fortuna fœminina/ nocturna. et eſt ſignificatrix mu lierum et vxorum ac matrum ſi fuerit natiuitas diurna. et operatur frigus et humiditatem temperatam: et ex ætate habet iuuentutem vel adoleſcẽtiam: et ex magiſterijs inſtrumenta ludorum ornamenta quoq; et figuras pulchras et ludos alearum

et ſchacorum et ſaltationes et otia et fornicatiões ac fornicatores et filios fornicationis et multitudinem coitus: et vniuerſa genera luxuriæ et compoſitiones coronarum et vſus earum:et pulchritudinem ac mundiciam veſtimenta etiam & ornamenta. Aurum & argentum & dilectionem ludos riſus & gaudium & vnguentis diuerſiſq; ſpecieb⁹ vti/ potationes & ebrietates:ſeq; credit omnibus: largitatem quoq; ſignat : & dilectionem diligentiam & amorem iuſtitiam & domos orationis/retinet quoq; fidem: & ſignat magiſterium omnium ſignorum veluti muſicam &c. ♀ ſi complectitur ei Saturnus ſignat ſonum cantationum quibus deflentur aliquando mortui: vel quas cantant ædificatores quando ædificant ædificia. Et ſi complectitur ei Iupiter ſignat ſonum lectionum vel cãtationum quibus vtuntur domini ſectarũ in altaribus & locis orationis eorum in laudem dei omnipotẽtis. Et ſi Mars ſignat ſonos quibus vtuntur ſeculares & cantus vulgi in quibus fit mentio blaſphemię vel pręliorum:vel in quo fit mentio carceris vel laboris & horum ſimilia : vt cantus in quo fit mentio captionis & alligationis & percuſſionis flagellorum. Si Sol ſignat ſonum ligni quo cãtatur coram regibus & nobilibus. Si Mercurius ſonum qui exercetur in compoſitione verſuum. Et ſi Luna ſignificat cantus nautarum in nauibus. Et ex infirmitatibus morbos habet frigidos & humidos qui accidũt proprie/ & multotiens in membris genitalibus. Et ex ſubſtãtia quæ acquiritur propter pulchritudinem : vt ſunt ornamenta mulierum:et veſtimenta earum margaritas atq; picturas. Et ex qualitate animi ſuauitatem & amicitiam & commeſtionem & his ſimilia:& cupiditates potionis & cõmeſtionis ac coitus. Et ex ſectis culturam idolorum:& eos in quibus maxime exercentur, comeſtiones atq; potationes. Et dixerũt quidam ♀ ſignificat anchas & ſpinam dorſi & ſperma. Et alij dixerunt ♀ habet ſignificare pinguedinem & carnes & renes & vuluam matricem ventrẽ pectinem & vmbilicum. Et habet ex coloribus albedines:& ex ſaporibus vnctuoſum. Et quantitas orbis eius. 7. graduum. Et habet ex diebus diem Veneris:& ex noctibus noctem Martis. Et anni fridarię eius ſunt octo. Et anni eius maiores. 82. maximi. 151. & medij. 45. minores vero. 8. Fortitudo eius in plagis circuli eſt in dextra oriẽtis. Et dixit Meſcehala ♀ ſignat de figuris hominũ hominem album trahentem ad nigredinẽ pulchri corporis & capillorum:faciem habentem rotundam:& paruam habentem maxillam pulchros oculos: & eius nigredo oculorum eſt pluſq; oportet. Et dixit Dorothius ſignat hominem pulchram faciem habentem pulchros oculos & multos capillos & plus album confectum rubore craſſum oſtendentem beniuolentiam. Et habet ex partibus par

tem defiderij & ſignificat amicitiam & ludum & dilectionē & patientiam & coniunctiones maſculorum. Et habet ex partibus mūdi albiget & aliemen & terras Arabum.

MErcurius commixtus maſculinus diurnus inclinatur per naturam ſuam ad eum qui complectitur ex planetis & ex ſignis: & eſt ſignificator fratrum minorū: & ſignificat ſeruos & dilectionē cōcubinarū ſignat etiā & deitatē & oracula prophetarū & credulitatem & opus & honorē vel orationē. Qui ſi in natura ſua fuerit & nullus planeta ei cōplectitur/ſignificat res terreas & rerum augmentationē creſcēdo: & ex ætate iuuentutem: & profectū in ea: & ex operibus opera quæ generāt cognitionē prędicationem & rhetoricam & negotiationes & extimationē & geometriam: & diſpoſitionē rei & philoſophiā & auguria & prouerbia & ſcripturā: & verſificādi ſcientiam & opus numeri maxime. Cui ſi cōplectitur Saturnus ſignificat ex opere numeri opus mēſu rę terrarū & hęreditatū & numerū ędificiorū atq; telarū. Si Iupiter ſignat numerū pſallēdi & numerū librorū diuinorum. Si Mars ſignificat numerū qui fit in donatiuis exercituū & pugnātiū & numerum percuſſionū flagellorū atq; clauarū. Si Sol ſignat preeſſe numero regū & ſubſtantię domorū. Si Venus ſignat numerū chordarum lignorū ſeu cytharārū numerū ſonorū atq; fiſtularū. Si Luna ſignat numerū ferculorū quæ fiunt ad cōmeſtiones itinerantiū extra domum. Et ſignat de infirmitatibus infirmitates ſpirituales animæ. i. cogitatiōes horribiles: & inquietudinē mētis atq; dubitationes & cætera ſimilia. Significat etiā animi qualitatē & ſimilia ſecundū complexionē ſuā & coniunctionē: cum fuerit fortunatus erunt bonitates ſecundum genus fortunæ quæ facit eum fortunatum: & ſecundū locum in quo fuerit fortunatus Mercurius: et cum fuerit malus erūt iniquitates ſecundū malū quod eū facit malū: et ſecundū locū in quo factus eſt malus. Et ſignificat ex ſectis culturam vnitatis et horū ſimilia: et hoc ſecreto cū hypocriſia et ſimulatione. Et dixerunt quidā ꝙ ſignificat fœmora vmbilicum et pectinem et crura neruos atq; venas: et ex coloribus habet omnē colorem commixtū atq; variatū: et alezmeniū qui eſt color floris lilij agreſtis: et ex ſaporibus acetoſum. Et quantitas orbis eius eſt. 7. graduū: et habet ex diebus diē Mercurij: et ex noctibus noctē diei dominicę. Anni fridarię eius ſunt. 3. et anni eius maiores. 76. maximi. 460. medij. 48. minores vero. 20. fortitudo eius in plagis circuli eſt in ſeptētrione. Et dixerūt quidā Mercurius a medio retrogradationis eius vſq; ad ſtationem ſecundam ſignificat pueritiam: et a ſtatione ſecunda vſq; ad coniunctionem ſolis iuuentutem; et a coniunctione ſolis vſq; ad ſtationem primam mediam

ætatem: et a ſtatione ſua prima vſq; ad medium retrogradationis ſignificat ſenectutem et contrarietatem: et in coniunctione ſua per directionem vſq; ad ſtationem primam ſignificat dilectionem et amicitiam et amoris imitationem. et ex ſtatione ſua ſecunda ad cõiunctionem iens: ſignificat inquiſitionem dilectiõis et concordiã: et a ſtatione ſua prima iens iterum ad retrogradationem: ſignificat inquiſitionem contrarietatis et diſſimulationis/ tarditatem et verecundiam paruam et occupationem et ſtuporem in rebus: et in medio retrogradationis: ſignificat celeritatem temperatã propter ingenij debilitatem. et apud ſtationem ſecundam ſignificat ſtuporẽ et occupationem ingenij et tarditatem et egreſſus/ad hęc celeritatem et apertionem ingeniorum. et coniunctione ſua ſoli per directionem: ſignificat celeritatem et paſſionem ingeniorum et latitudinem vel augmẽtationẽ eorum. Similiter Veneri accidit in hiſ locis et planetis altioribus. Et dixit Meſceala: Mercurius ſignificat ex figuris hominem non multum album neq; nigrum/ habentem eleuatam et longam: in facie longitudinem et naſum longum: rarã habentem barbam in maxillis: et oculos pulchros/ non ex toto nigros: longos quoq; habentem digitos. Et ex partibus habet partẽ negotiationis: et ſignificat timorem et infeſtationem et bellum et inimicitias et ſeductiones et contrarietates: ſignificat quoq; perfectum magiſterium et ſubtilitatem in opere et inquiſitione: et in cæteris quæ fiunt in hominibus exactis et contentionibus. Et ex terris habet adelech alcuidẽ et maxime ī meridie: et terras Indorũ.

flegma

LVna fortuna fœminina/ nocturna/ operatur frigiditatem et humiditatem. et eſt ſignificatrix matrum ſi fuerit natiuitas nocturna. et eſt in ea falſa temperatum. et ſignificat ætatem puerilem et initiũ creſcẽdi. ¶ Et ex operibus habet legationes et mandata: et opera aquarũ atq; terrarũ ſecũdũ quantitatẽ fortunij vel infortunij vel mali: q; ſi fuerit bona/ ſignificat bonũ et ecõuerſo. Significat etiã principatũ ſi prę fuerit vel fuerit domina aliquibus rebus ad regẽ pertinẽtibus ſi fuerit fortunata a ſole ī bono aſpectu et ī bono loco. ¶ Et de ſubſtãtia ſignificat argẽtũ et terrę cultum ſi habuerit autoritatem in quarta/ et ex fide religionẽ. Et ex infirmitatibus epilepſiam/ paralyſin/ guttã caducam et vultus torſionem enodationem membrorum et commotionem: et quicquid fuerit in ſimilitudine frigoris et humiditatis. Et qualitatem animi ſecundum coniunctionem ſuam cum planetis. ¶ Cui ſi complecti tur fortuna/ et fuerit fortunata ipſa Venus: ſiginficat curialitatem et benignitatem: et animi ſuauitatem: et morum honeſtatem: et motus celeritatem: et diuinum obſequium. Si fuerit Iupiter: ſignificat honeſtatem cautelam et ſocietatem et benignitatẽ et vitæ pul-

chritudinem. Et ſi complexa fuerit malis & fuerit Mars: ſignificat ſtudium ſuſurrationis inter homines & vſum in talibus. Si Saturnus: odium ſimulationem ac inuidiam. Si fuerit ſol ab aſpectu laudabili ſignificat diſpoſitionem regalē. Et ſi fuerit Mercurius ſignificat rhetoricam/id eſt facūdiam & bonitatem linguę & ſcripturā. Et dixerunt quidam ♀ ſignificat cogitationem & nouitatem animi & debilitatem ſenſus & grauitatem linguę: & mulieres honeſtas: & nutritiones paruulorum: & matres & materteras. & præparatiões ciborum. Et dixerunt alij ♀ ſignificat cerebrū proprie & pulmonē. Et ex coloribus habet croceū: & ex ſaporibus ſalſum. Et quātitas orbis eius eſt 12. graduū. Et ſignificat ex viris oculū ſiniſtrum: & ex mulieribus dextrū. Et ex diebus habet diē lunæ: & ex noctibus noctem Veneris. Anni fridarię eius ſunt nouē. maiores autē 108. maximi. 520. & medii. 66. & dimidiū: & ſecundū quoſdā 39. & dimidium: minores vero. 25. Et fortitudo eius ex plagis circuli in dextra occidētis. Et dixit Meſſehala ♀ ſignificat de figuris hominum hominem album confectum rubore iunctis ſuperciliis: beniuolum habentem oculos non ex toto nigros: faciem rotūdam/pulchram ſtaturam: & in facie eius ſignum. Et ex terris habet arcoch & timanam & aldeilam. Et quidam dixerunt ♀ ſignificat pueritiam ab initio menſis vſq; ad. 7. dies: & a. 7. diebus vſq; ad. 14. dies iuuentutem: & ſignificat ętatem perfectionis. i. medię ætatis vſq; ad. 21. dies & noctes: & ſenectutem vſq; ad cōiunctionem: ideſt vſq; in finem menſis quando coniungitur ſoli. Et cum fuerit ſub radijs Solis ſignificat ſecreta & res occultas: & ſimiliter omnis planeta: & in initio menſis quando creſcit ſignificat omne quod faciēdū eſt: & in impletiōe ſua quod deſtruendū eſt: quia decreſcit: & in initio mēſis ipſa & Sol ſignificat accuſatores: & in fine menſis accuſatos: & ſignificat in initio menſis lucrum & continētiam: in fine menſis ſtipendia & diſperſiones. & ſignificat in oppoſitione contrarietatē: & in initio mutatiōis ad oppoſitionē ideſt cū fuerint inter eā & oppoſitionem. 15. gradus ſignificat initium cōtrarietatis & eius cauſam: & cū ſeparata fuerit ab oppoſitione ſignificat cauſas exceptiōis a contrarietate: & in exitu ſuo de ſubradiis Solis ſignificat exitum ab occultatione & his ſimilia: & in introitu ſub radijs ſignat aptationem ad occultandum: & hora diuiſionis a Sole ſignat aptationem exitus ſui ab occultatione: & hora exitus ſui de ſub radijs ſignificat apparitionem & aduentum ab abſentia: & dum fuerit in quarto aſpectu Solis ſignificat diminutionē rei ſeu deſcenſionem ab alto in infimum. Similiter in quarto aſpectu ſecundo ſed in quarto aſpectu primo ſignificat apparitionem rerum & lucrum & amgmentum continentię & in quarto aſpectu

Solis: ſecundo ſignificat horum oppoſita. Et dixerunt quidam ꝙ Luna a coniunctione quidem vſq; ad dimidium luminis ſui primum erit natura eius humida & a medietate luminis ſui vſq; ad impletionem erit natura eius calor: & ab impletione vſq; ad dimidium ſui luminis ſecundum erit natura eius ſiccitas: & a dimidio luminis ſui ſecundi vſq; ad coniunctionem erit natura eius frigus. Reliqui vero planetę ab ortu ſuo vſq; ad ſtationem ſuam prima in natura humiditatis erunt & ſignificant pueritiam: & a ſtatione ſua prima vſq; ad oppoſitionem ſolis erit natura eorum calor: & ſignificat iuuentutem: & ab hoc loco vſq; ad ſtationem ſecũdam erit natura eorum ſiccitas: & ſignificat perfectam ætatem: & a ſtatione ſua ſecunda vſq; ad occultationem ſuam primam erit natura eorum frigus: & ſignificat ſenectutem frigidam. Et dixerunt quidam ꝙ ſol ſignificat ſpiritum. i. animam vitalem. Luna cogitationem & ſenſum. Saturnus mœrorem & triſtitiam vilitatem & malum. Iupiter ſapientiam & rationem. Mars iram furiam & celeritatem. Venus ludum & gaudium. Mercurius rationalitatem ſeu dialecticam & diſciplinam. Et quia diximus in hoc capitulo de ſignificatione planetarum dum complectuntur alteri planetę. Similiter etiam eſt conſiderandum in cæteris rebus quæ ſignificant planetę.

DE ordine vero planetarum ſeu principatu eorum in conceptiõe puerorum: & q̃diu fuerint in ventre matris. Sciẽdum eſt ꝙ primus menſis ab hora. ſ. conceptionis eſt Saturni. Secundus Iouis. Tertius. Martis. Quartus Solis. Quintus Veneris. Sextus Mercurij. Septimus Lunæ. Octauus Saturni: et ideo nõ viuit qui naſcitur in octauo menſe: eo ꝙ ſub poteſtate Saturni naſcitur: & nonus Iouis. Principatus quoq; ſiue ordinatio planetarum in vita humana. i. qualiter diſponant vitam nati ita diuiditur. Luna incipit ab ingreſſu nati ideſt a natiuitate pueri: & diſponit ſecundum quantitatem annorũ nutritiuorum qui ſunt quatuor anni. Deinde Mercurius poſt decẽ. deinde Venus octo. poſtea Sol. 19. poſtea Mars quindecim. poſtea Iupiter duodecim. deinde Saturnus vſq; in finem vitę.

¶ De natura capitis draconis & caudę.

CAput draconis eſt maſculinus. Similiter etiam eſt fortuna & natura eius eſt compoſita ex natura Iouis & Veneris: & hoc ſignificat regnum & fortunam atq; ſubſtantiam. Et dixerunt quidam ꝙ natura eius eſt augmentatio: quia cum fuerit cum fortuna, auget fortunam eorum: & cum fuerint cum malis auget malitiam eorum: & anni fridarię eius ſunt tres. ¶ Cauda veto eius eſt mala: & natura eius eſt compoſita ex natura Saturni &

Martis: & significat delectionem & casum atq; paupertatem. Et dixerunt quidam q natura eius significat diminutionem q cum fuerit cum fortunis/diminuit fortunam eorum: et cum fuerit cum malis diminuit malitiam eorum: ideoq; dictum est/caput est fortuna/cum est cum fortunis:& malum cum malis:& cauda mala cū bonis & bona cum malis:& anni eius fridariæ eius sunt duo.

¶De horis diei et noctis quorum sunt planetarum.

SI fuerit aliqua dies vel nox alicuius planetarum:erit prima hora ipsius planetę et secunda hora alterius planetæ qui ei succedit: cæterorumq; secundum ordinem circulorum pari ratione est successio. verbi gratia. die Veneris cuius est et dies/ prima hora est ipsius Veneris. secūda Mercurij. tertia lunę. quarta Saturni. quīta Iouis. sexta Martis. septima solis. octaua iterum Veneris. nona Mercurij. decima lunæ. vndecima Saturni. duodecima Iouis. Ecce habes. 12. horas diei inequales. Item de horis noctis. Prima hora sequentis noctis est Martis cuius est et tota nox. Secunda Solis. Tertia Veneris. Quarta Mercurij. quinta Lunæ. sexta Saturni. septima Iouis. octaua iterū Martis. nona Solis. decima Veneris. vndecima Mercurii. duodecima lunę. Et sic habes etiam. 12. horas noctis inæquales. Et incipit dies sabbati postea: cuius prima hora est Saturni: et ipsius est tota dies. sic per ordinē numerando inuenies horas dierū et noctium et diuisiones earum super planetas singulos si deus voluerit.

¶De horis masculinis et fœmininis.

DIcuntur et horæ esse masculinę et fœminę: quia hora prima/ vniuscuiusq; diei et noctis/ est masculina. secunda fœminina. tertia masculina. quarta fœminina. sicq; succedunt per ordinem. vna scilicet fœminina/ alia masculina: vsq; in finem diei et noctis.

¶ DIFFERENTIA TERTIA IN HIS quæ accidunt planetis ſeptem in ſemetipſis/ & quid accidat eis abinuicem.

ET quia iam annuente deo iam peregimus eſſe planetarum in ſemetipſis:& quid ſignificent:proſequamur narrãdo quid eis accidat in ſemetipſis & abinuicem id eſt a quibuſdam erga quoſdam.

SIgnificatio planetarum in ſemetipſis eſt vt ſit planeta aſcendens in circulo augis ſuę/minor lumine & magnitudine atq; curſu id eſt cũ fuerit inter ipſum & ſuam augem minus. 90. gradibus ante vel retro:ſi autẽ fuerint inter ipſum & augẽ. 90. gradus æquales/ erit æqualis in lumine & magnitudine atq; curſu. ſi vero fuerit extra hæc duo loca. i. plus. 90. erit deſcendens de circulo augis & apparebit maior lumine & magnitudine ac curſu velocior: & ſi fuerit portio eius ęquata minus. 180. gra. erit augens numerum. & ſi fuerit plus erit minuẽs: numerum:& ſi fuerit portio eius ęquata ex 180. gra. vel. 360. erit nec augens nec minuens : & ſi ad datur ęquatio ęquata ſuper medium curſum dicitur augens curſum vel numerum: et ſi minuitur eius ęquatio dicitur minuens numerum. Et quando aliquis planetarum altiorum. 3. vadit plus medio curſu ſuo dicitur augere curſum:et ſi minus vadit dicitur minuere curſum: et ſi vadit tantũ dicitur curſu ęqualis & quãdo aliqs planetarũ inferiorũ vadit plꝰ medio curſu ſolis erit augens curſum. quãdo vadit minus dicitur minuens curſum:et quando vadit tantum erit curſu æqualis. Luminarium autem eſſe in curſu eſt ſicut eſſe trium altiorum planetarũ. Fit quoq; planeta ſeptentrionalis cum tranſierit genzahar ſuum. i. cum tranſierit per viam Solis iens a meridie in ſeptentrionem:ille tranſitus. i. illa abſciſio circulorum dicitur genzahar. cũ ergo planeta tranſierit ipſam abſciſionem et fuerit inter planetam et ipſam abſcionẽ minus. 90. gra. erit planeta ſeptentrionalis aſcẽdens:et cum fuerit a. 90. vſq; ad. 180. erit ſeptentrionalis deſcendens:et cum trãſierint hunc numerum ideſt cũ habuerit plus iens ad. 270. erit meridianus deſcendens:et cum tranſierint hunc numerum iens ad. 360. erit meridianus aſcendens. hoc eſt eſſe planetarum in ſemetipſis.

DE eſſe autem planetarum ab inuicẽ tractemus. ſ. quid accidat. 5. planetis erga luminaria:et dicemus ex hoc quod dixit Ptolemęus de almugea hoc eſt de viſione inuicem faciei ad faciem. hoc eſt cum fuerit inter planetam et ſolem:dum

fuerit planeta occidentalis.i. dum ſequitur ſolem tantum quātum eſt inter domum illius planetę & domū ſolis de ſignis: aut cū fuerit inter ipſum planetam & lunam cum fuerit orientalis a luna. i. dum ſuccedit luna tantum quātum eſt inter domum planetę & domū lunę ex ſignis.i. cū fuerit planeta tantū diſtans a ſole poſt quā tum diſtat domus eius a domo ſolis. ſimiliter de luna dicitur: quia cum planeta ſucceſſerit ſoli & fuerit a ſole Saturnus. ſ. in. 6. ſigno: & Iupiter in. 5: Mars in. 4. Venus in. 3. Mercurius in. 2. tunc dicitur eſſe in almugea ſolis. Similiter cum fuerit inter vnūquemq; planetam & lunam ſuccedentē: hic numerus ſignorū vniuſcuiuſq; planetę dicitur eſſe in almugea lunæ.

¶ De ductoria. i. ſecuritate planetę.

EX hoc ductoria planetę. i. vt ſit planeta ī ſuo haim ideſt in parte ſibi propria & aliquo angulorum aſcendentis: & aliquod luminarium: ſimiliter in loco ſibi conſimili in quadrāte videlicet in aliquo angulo. ita q; ſit planeta in die oriētalis a ſole: in nocte occidentalis a luna. & omnis planeta dicitur eſſe in ſua ductoria ſecundum quoſdam cum fuerit inter planetam orientalē & ſolē. 60. gra. Et omnis planeta ex quo tegitur a radiis ſolis: donec appareat de ſub radiis vocatur combuſtus: & dū incipit intrare radios dicitur incœpiſſe comburi: & dum abſcōditur ſub radiis & fuerit prope ſolem per. 12. grad. dicitur oppreſſus. & cum fuerit cum ſole in vno gradu/ fuerintq; inter eos. 16. minuta vel infra: & latitudo eius ſimiliter vocatur vnitus: & cum trāſierit eādē vnionem petēs exitū: donec videatur/ vocatur euaſus. Et ex quo apparent tres altiores de ſub radiis & incipiunt oriri. i. apparere mane ante ſolem: hoc eſt cū fuerint propinquiores circulo hemiſp hæri orientalis: donec veniant ad oppoſitionē vocantur orientales dextri: & ex quo tranſierint oppoſitionē donec coniungantur iterū ſoli: vocantur occidētales ſiniſtri. Venus vero & Mercurius ex quo ſeparatur aliquis eorum a gradibus ſolis in medio retrogradationis ſuę: & apparent donec cōburantur a ſole in ſua directiōe: vocātur orientales. & ex quo ſeparantur a ſole in medio directionis ſuę donec iterum comburantur in retrogradatione ſua vocantur occidentales: & cū fuerit in ortu ſuo. i. cum fuerint orientales vocātur dextri: & dicuntur eſſe maſ. & occiduo ſuo. i. cū fuerint occidētales vocantur ſiniſtri: & dicunt ur eſſe fœminei/ & tunc ſunt fortiores. ¶ Tres vero altiores poſtq; exeūt de ſubradiis ſolis vocātur oriētales. & dicuntur augmētari in fortitudine vſq; ad. 30. gra. a ſole: & vocantur poſt hoc vſq; ad. 30. gra. alios/ oriētales fortes vel fortiores: & cum tranſierint ſolem. 60. gra. vocantur planetę orientales euntes ad debilitatem: donec veniant ad retrogradationem tūc

nominantur orientales retrogradi:donec ſint & veniant in oppoſitione:& poſt hoc erunt occidentales retrogradi cum tranſierint oppoſitionem:donec perueniant ad directionem:deinde a directione vſq; ad.60.gra.poſt directionem donec ſit longitudo eorum a ſole.30.graduum dicuntur occidentales fortes. deinde a longitudine. 60. grad. poſt directionem dicuntur occidentales euntes ad debilitatem:deinde fiunt occidētales debiles donec intrent ſub radijs ſolis. ¶Inferiores quoq; ex quo ſeparantur a ſole:& ipſi retrogradi vocantur orientales debiles: ſicq; eſſe non deſiſtunt donec veniant ad directionem ſuam: & tunc fiunt orientales fortes: donec longitudo eorum ſit a ſole ſicut lōgitudo ſolis ab eis fuit dū cœpiſſent debilitari euntes ad retrogradationē:deinde fiunt oriētales debiles donec ſupponāt/radijs ſolis poſt hoc ſunt coniuncti: deinde combuſti euntes ad apparitionem donec videantur: & ex quo ſeparantur a ſole in directione vſq; ad.60.gradus ſunt fortiores:& a 60.vſq; ad horam ſuę retrogradationis erunt occidētales fortes:& donec fuerint cum ſole erunt debiles:& planeta cum exierit de ſub radijs ſolis & nulli planetę iunctus fuerit:dicitur ♀ ſit in lumine ſuo:hoc eſt eſſe planetarum cum luminaribus.

¶De his quæ accidunt planetis ad ſeinuicem.

ESſe autem illorum erga ſeinuicem hoc eſt ♄idem'q; coniunctio.i.cum fuerint duo planetæ in duobus ſignis aſpicientibus ſe & fuerit leuior in ſigno ſuo minus gradibus ☿ fuerit ponderoſior in ſigno ſuo: fuerintq; inter eos.6.gra.vel infra: tunc dicitur ♀ leuior eat ad cōiunctionē ponderoſioris:& cū gradus eorū fuerint ęquales perficitur cōiūctio eorū:& cū trāſierit eū erit ab eo ſeparatus:cōiunctio hęc dicitur cōiunctio longitudinis. ¶Cōiunctio vero latitudinis eſt:vt duo planetæ iungātur per latitudinē. Et ſi fuerit applicatio cōiunctiōis:oportet vt ſit latitudo eorū æqualis in vna parte:& ſi fuerit cōiūctio ex oppoſitiōe:oportet vt ſint latitudines eorum æquales:ita vt latitudo vnius ſi aſcēdens in ſeptentrione: &alterius deſcendens in ſeptentrione vel vnius aſcendens in meridie:& alterius deſcendens in meridie/aut ſi fuerit applicatio ex aliquo aliorum aſpectuum: hoc eſt ♀ ſit latitudo vnius ſeptentrionalis aſcendens & alterius meridiana deſcendens:& e cōuerſo in meridie. & hæc eſt applicatio latitudinis quæ dicta eſt. ¶Et cum ſeparatur vnus planeta ab alio & nulli planetarum iūgitur;q̄diu in eodem ſigno fuerit dicitur curſu va-

cuus. ¶Et cum fuerit planeta in aliquo ſigno : & aliquis planeta non aſpexerit hoc ſignum:alter planeta q̃diu in eodem fuerit dicitur feralis vel agreſtis. ¶ Et cum ſeparatur planeta leuis a planeta ponderoſiori & iunctus fuerit alteri/tranſfert naturam primi ad ſecundum. Tranſfert etiam planeta naturam alio modo/hoc eſt vt planeta leuis iũgatur planetæ ponderoſiori ſe:& ipſe ponderoſior iterum alteri ſe ponderoſiori : tunc melius tranſfer naturam leuioris ad ponderoſiorem. ¶ Si autem non iungitur vnus iſtorum alteri:& iungitur vterq; alteri: tũc ſi aſpexerit ille tertius planeta aliquem locorum circuli reddit lumen eorum ad locũ ipſum. & hoc vocatur redditus luminis. Iterum ſi vnus planeta non iungitur alteri:ſed alter planeta tertius in vtroſq; tranſtulit lumen: tunc hæc coniunctio dicitur etiam redditus luminis. ¶ Sequitur prohibitio. & fit duobus modis. Vno ſcilicet ex cõiũctiõe hoc cũ fuerint tres planetę in vno ſigno:ſed in diuerſis gradib9:& fuerit ponderoſior plus gradibus : tunc ille qui eſt medius prohibet priorem illum ſcilicet qui eſt minus gradibus ne iungatur ponderoſiori donec pertranſeat eum. Secundo modo vt duo planetæ ſint in vno ſigno:& leuior iungatur ponderoſiori:alter quoq; iungatur eidem ponderoſiori per aſpectum: ille ergo qui eſt cũ eo in vno ſigno aſpicientem prohibet a ponderoſioris coniunctione: ſi fuerint tamen gradus illius qui iungitur : & ipſius qui aſpicit æquales ideſt vnius numeri Si vero ille qui aſpicit fuerit propior gradui ponderoſioris:erit coniunctio aſpicientis. Et ſi coniungitur planeta domino illius ſigni in quo fuerit:vel domino exaltationis ſeu domino cæterarum dignitatum in quibus fuerit:dicitur pulſare ideſt mittere naturam illius planetæ domini ſcilicet eiuſdem dignitatis ad eum. ¶Et ſi fuerit planeta in aliqua dignitatum ſuarum/& fuerit iunctus alij planetæ qui habeat etiam partem dignitatis in eodem loco: mittit ei etiã vtranq; naturam ſuã ſcilicet & illius cui iungitur.& hæc miſſio omnis:vocatur alcobol ideſt receptio.

NVnc ſequitur redditus:ideſt quando iungitur planeta alicui planetę qui cõburitur/ideſt q fuerit ſub radijs ſolis vel fuerit retrogradus redditq; ei virtutem propter debilitatem ſuam quam non valet retinere : tunc ſi fuerint vtriq; planetæ in angulo vel ſuccedentibus angulorum erit redditus cum profi cuo.ſimiliter ſi fuerit qui coniungitur ei tantum in angulo : & ille cui coniungitur receperit eum. Si autem fuerit planeta qui iungitur cadens ab angulo & ille cui coniungitur in angulo vel in ſe

angulorū:aut ſi vtriq; fuerint cadentes erit redditus cū detrimēto.

INde ſequitur almenē.i.refrenatio quæ fit quādo planeta vult coniūgi alteri:ſed anteq̄ iungatur accidit retrogradatio & ſic deſtruitur eius coniunctio. ¶Hanc ſequitur alichorad.i. cōtrarietas accidens.hæc fit cum aliquis planeta leuis fuerit multorum graduum in ſigno & alter illo ponderoſior minus gradibus. tertius quoq; leuior primo volēs cōiungi ponderoſiori: ſed anteq̄ ei coniungatur fit retrogradus ille leuior qui habet plures gradus & iungitur & applicatur illi ponderoſo. & tranſiens illum iungitur etiam alteri planetæ leuiori:& ſic deſtruitur coniunctio illius prioris cum ponderoſo.

SEquitur alfazim.i.fruſtratio. hæc quoq; fit cū aliquis planeta petit cōiunctionem alterius planetę. ſed anteq̄ perueniat ad eum:mutatur iſte in aliud ſignum.& erit aliquis planeta in paucis gradibus aſpiciens ipſum ſignum & erunt radij eius in initio ſigni.Cumq; exierit ſequens planeta de primo ſigno:iungitur iſti aſpicienti:& annullatur coniunctio quam habebat cū illo ſcilicet cum primo.

HInc ſequitur abſciſio luminis / hoc eſt quādo aliquis planeta petit cōiunctionem alterius:& fuerit in ſecūdo ſigno a ſigno illius cui iungitur alter planeta: ſed anteq̄ iungatur ei:prius fit ille qui eſt in ſecundo ſigno retrogradus:coniungiturq; ei & abſcindit lumen ſuum planeta qui volebat coniungi ei: ſimiliter ſi fuerit planeta iens ad coniunctionem alterius planetæ:& ipſe alter planeta cui vult iungi petat coniunctionem alterius planetæ ſe ponderoſioris:ſed anteq̄ perueniat leuis ad gradus pōderoſioris/iungitur ipſe ponderoſus alteri ſeipſo ponderoſiori: & abſcindit lumen illius a planeta primo leuiori.

¶De locis fortunatis & malis.

SVnt quoq; his planetis loca in quibus cōfortantur & in quibus debilitantur:& loca in quibus fiunt fortunæ : & loca in quibus fiunt mali.Sed loca in quibus fiūt fortunæ ſunt hęc vt.ſ.ſint in aſpectibus bonorum/ideſt in aliquo aſpectu vtili ſilicet ſextili : aut in trino aſpectu quia quibuſdam ita nominatur hexagona radiatio quoq; ac trigona : & vt ſint mali cadētes ab eis ſintq; ſeparati ab infortuna & iuncti fortunæ : aut ſint obſeſſi a fortunis vel radijs eorū:ideſt vt ſint inter duas fortunas vel inter radios fortunarū. ¶Hæc eſt enim obſeſſio vt habeat planeta fortunam vel radios eius ante ſe & aliam fortunam : vel eius radios poſt ſe. Et quidam vocant hoc altifert/ ideſt veneratio : aut ſint vniti cum ſole in vno gradu:aut ſint in aſpectu eius ſextili/ſiue trino vel conſimili aſpectu Lunæ.& Luna tunc ſit fortunata : & vt

curſu ſint veloces/aucti lumine & numero:aut ſint in dignitatibus ſuis vel in ſuo haim:ideſt in ſua ſimilitudīe. vt ſit videlicet planeta maſculinus in ſigno maſculino: & fœmininus in ſigno fœmini no. & diurnꝰ in die ſup terrā & ī nocte ſub terra. nocturnꝰ in nocte ſuper terrā:& in die ſub terra. & reliqua. & vt ſint in ſignis in quibus habuerīt dignitates ſeu poteſtates ſuas:vel in gaudijs ſuis vel in gradibꝰ lucidis recepti:& ex fortitudīe eorū eſt vt ſint aſcēdentes in ſeptentrione:aut ſint ſeptentrionales:vel ſint aſcendentes in circulo augis ſuę:aut in ſtatione ſecunda hoc eſt quādo fuerint in ſtatione vbi dirigātur a retrogradotiōe:aut ſint exeūtes de ſubradijs ſolis:aut ſint in angulo / vel in ſequēti eius:aut ſint tres altiores oriētales a ſole. ℞ ſi eum aſpexerint ſextili:aut trino aſpectu:erit illis hoc augmentū fortitudinis. aut fuerint in quartis maſculinis/ & ſol cū fuerit in illis quartis maſculinis:aut in ſignis maſculinis/erit fortis etiam niſi ſit in libra:quia ibi cadit. Et ex fortitudine trium inferiorum eſt vt ſint occidentales a ſole:aut in quartis fœmininis & ex fortitudine lunæ : vt ſit in nocte ſuper terram & in die ſub terra in loco fœminino:vel in ſigno fœminino: & cū fuerit in exaltatione ſolis.

¶ De infortunio planetarum.

EX infortunio vero planetarum & deſtructione eorum/eſt vt ſint in cōiunctione malorum/ aut in oppoſitiōe eorum: vel in eorū tetragona/aut trigona/aut hexagona radiatione:aut ſi fuerit inter eos & corpus mali vel radios eius minus termino planetę:aut fuerint in terminis malorum / aut domibus eorum:aut ſint mali eleuati ſuper eos a. x. vel. xj. a locis eorū: & multo deterius ſi non receperint eos. Aut fuerint in coniunctione ſolis:vel oppoſitione eius:vel in tetragona radiatiōe : aut fuerint in capitibus ſuorum genzahar:aut cum caudis ſuis : aut cum capite draconis vel cauda. ſintq; inter eos & inter aliquem iſtorum ſcilicet locorum. 22. gradus vel infra. & maxime ſi fuerit luna in aliquo eorum:ſimiliter & ſol/tunc magis impeditur ab eis. i. a capite vel cauda cum fuerint inter ipſum & vnum eorum etiā. 4. grad. ante vel retro:aut fuerint planeta obſeſſi inter duos malos: hoc eſt vt ſit planeta in ſigno aliquo & cum eo malus : vel radij eius ante ſe:& malus vel radij eius poſt ſe : aut ſeperetur a malo per coniunctionem/ vel per aſpectum: & iungatur tali modo alteri malo:aut fuerit malus/ vel radii eius in ſigno quod eſt ante eum: ideſt in ſecundo ab eo : & in ſigno quod eſt poſt eum:ideſt in. 12. ab eo fuerit alter malus : vel radii eius. Similiter dicitur de ſignis q; ſint obſeſſa. Quod ſi aſpexerit fortuna vel ſol eundē planetam obſeſſum: vel ſignum obſeſſum a trino / vel a ſextili aſpectu:fueritq; inter eū

& coniũctionem minus ſeptem gradibus ſoluitur ipſa malicia vel obſeſſio. ¶ Et ex hoc vt ſit planeta retrogradus: vel ſub radiis ſolis combuſtus:aut cadens ab aſcendente: aut ex debilitate eorum: vt ſint tardi curſu: aut in ſtatione prima/hoc eſt quando ſtant vt retrogradi fiãt:aut ſint in gradus tenebroſis:aut ſint maſculini in ſignis fœmininis:& gradibus fœmininis in die ſub terra: & in nocte ſuper terram:aut ſint fœminini in ſignis maſculinis:& in gradibus maſculinis in nocte ſub terra: & in die ſuper terram:aut ſint in oppoſitione dignitatum ſuarum ſeu poteſtatum: aut deſcendentes in meridie vel meridiani:aut cadentes ab angulis: vel a ſuccedentibus angulorum:aut in domibus cadentibus : aut ſint in via combuſta quæ eſt medietas vltima libræ : & prima medietas ſcorpionis:aut iungantur planetę retrogrado vel impedito ſeu cadẽti aut non ſint recepti. Aut ſint tres altiores a ſole occidentales: aut in quartis fœmininis:& debilitas ſolis eſt:vt ſit in ſignis fœmininis:aut in quartis fœmininis : niſi ſit in domo nona : & debilitas trium inferiorum eſt vt ſint orientales : aut in quartis maſculinis.

¶ De amicitia & odio planetarum.

ET dicitur in planetis ꝙ ſint quidam eorum ſe inuicem diligentes & odientes: nam de diligentibus quidam antiquorum dixerunt ꝙ Iupiter diligit omnes planetas et ſit amicus eorum & ipſi illius prętер Martẽ. Veneris amici ſunt omnes planetę & omnes diligunt eam prętер Saturnum. ¶ Saturni autẽ amici ſunt Iupiter Sol & Luna:& inimici eius Mars & Venus/& ipſa plus habet eum odio. ¶ Et amica Martis eſt Venus:& cæteri planetæ odio habent eũ & plus Iupiter & Sol. ¶ Solis vero amici ſunt Iupiter & Venus : & inimici Mars Mercurius & Luna. ¶ Mercurij amici ſunt Iupiter & Venus & Saturnus tantum:& & inimici eius ſunt Sol & Luna & Mars. Lunæ autem amici ſunt Iupiter & Venus & Saturnus:& inimici Mars & Mercurius. Capitis draconis amici ſunt/ Iupiter & Venus : & inimici Saturnus & Mars. Caudę vero amici Saturnus & Mars:inimici Sol & Luna Iupiter & Venus. Et ſunt aliæ ſpecies inimicitię: cum fuerint duo planetæ habentes domos ſuas oppoſitas:vt Mars & Venus: & cũ coniungũtur dicitur apertio portarum. Tertia quoq; ſpecies inimicitię eſt vt ſint duorum planetarum exaltationes oppoſitæ. Fortior autem planetarum amicicia eſt : vt concordet planeta cũ planeta in natura & in qualitate atq; ſubſtantia & poteſtate ſicut cõcordat Mars cum ſole:quia vterq; cõcordat in caliditate & ſiccitate & acuitiõe & celeritate:& eſt dominus exaltationis eius: in qua appareteius fortitudo: & vti concordat Luna & Venus in frigore & humiditate : & eſt domina exaltationis eius. Cum autem

concordauerunt duo planetæ in natura & ſubſtantia: vt Iupiter & Venus ſunt amici.

¶ DIFFERENTIA QVARTA IN EXPOſitione nominum Aſtrologorum.

ET proſequamur nunc expoſitionem nominum Aſtrologorum. Initium horum eſt: Coniunctio/ & res ſignificãtes deſtructiones ſeu mutationes quæ fiunt in hoc ſeculo ex coniunctionibus: quarum numerus eſt ſex. maior autem omnibus coniunctionibus eſt cõiunctio ſaturni & Iouis in initio arietis: & hęc fit in. 960. annis. ¶ Secunda autem eorũ coniunctio eſt in initio vniuſcuiuſq; triplicitatis: & hęc fit in. 240. annis. Iungũtur enim in vnaquaq; triplicitate duodecies: & fortaſſis faciũt in vnaquaq; triplicitate. 13. coniũctiões: deinde mutatur eorũ cõiunctio ad triplicitatẽ quæ huic ſuccedit. ¶ Tertia autẽ cõiũctio eſt Saturni & Martis in initio cancri: quæ fit in omnibus. 30. annis. ¶ Quarta quoq; eſt cõiunctio Iouis & Saturni in vnoquoq; ſigno quę fit in omnibus. 20. annis. ¶ Quinta eſt deſcẽſio luminaris maioris in pũctũ ęquinoctij vernalis tẽporis. ſ. ingreſſus ſolis in capite arietis quæ fit in omni anno. ¶ Sexta eſt cõiũctio luminariũ & oppoſitio eorũ quæ fit in dimidio cuiuſq; mẽſis lunaris. Et quãdo dicitur aſcendẽs cõiũctiõis dicitur vel ſignificatur aſcẽdẽs mũdi. i. ſignũ quod aſcẽdit hora introit⁹ ſolis in prędictũ pũctũ ęquinoctij vernalis in initio. ſ. illius ãni in quo debet fieri cõiũctio prędicta.

¶ De annimodar. i. gradus aſcendẽtis natiuitatũ inueſtigatione.

ET ex hoc annimodar/ quod eſt inueſtigatio gradus aſcẽdẽtis alicuius natiuitatis: & putãt multi Aſtrologorũ q; inueniatur per eundẽ idẽ gradus aſcẽdẽtis natiuitatis alicuius: ſed hoc falſum eſt: & hoc iam patefeci in libro meo quẽ feci de annimodar: ſed inuenitur per eundẽ dignior omnibus gradibus circuli poſt gradũ aſcendẽtis in eadẽ hora ſecundũ curſum naturalẽ: & cõcordat multotiẽs. i. accidit aliquãdo q; inueniatur per eũ gradus aſcẽdentis. Cuius rei cognitio eſt vt cõſideretur gradus cõiũctionis vel gradus prędictionis quę fuerit ante ipſam natiuitatẽ: & ſi fuerit cõiũctio illi natiuitati proprior: vocat ipſa natiuitas cõiũctiõalis: & ſi fuerit prędictio illi propior: dicitur prędictionalis. i. in qualicũq; eorũ fuerit natiuitas in cõiũctiõe. ſ. vel prędictiõe eodẽ modo & noẽ natiuitas prędicta nũcupat: & quia gradũ cõiũctiõis eſt idẽ grad⁹ ĩquo iũgũtur lumĩaria nulla eſt ĩqſitio: nec idiget expoſitiõe: ĩ p̃uẽtiõe autẽ quia vnũquodq; lumĩariũ eſt ĩ gradu ſuo

ideſt in diuerſis gradibus. Neceſſe eſt nobis ſcire quem horũ gradduum velit intelligi graduũ prẹuentionis. & iam dixit Ptolemẹus: quia gradus illius luminaris quod fuerit ſuper terram/ eſt gradus præventionis. & quidam ſapientum dixerunt ꝙ ſi euenerit in prẹuentione ꝙ vnũ luminariũ ſit in gradu orientis & alterum in gradus occidentis: tunc gradus orientis erit gradus prẹuentionis. Et dixit Vellius: quia prẹuentionis eſt gradus in quo fit impletio/ volens intelligi gradum lunẹ. ſed quia hoc eſt opus Ptolemẹi: oportet in hoc nos redire ad eius ſententiam. cum ergo gradus coniunctionis vel gradus prẹuentionis certiſſime patuerit/ cõſtitues gra. aſcendentem per extimationem horæ natiuitatis & quatuor angulos & reliquas domos: deinde aſpicies gra. coniunctionis: vel gradum prẹuentionis quæ fuerit ante natiuitatem: & quis planetarũ in eo fuerit dignior vel fortior in eadẽ hora coniunctionis vel prẹuentionis per multitudinem diguitatum ſeu poteſtatum. i. conſiderabis quis planetarum habeat maius dominium in eodem loco. Hunc ergo planetam ẹquabis ad horã opinatam natiuitatis. deinde aſpicies vtrum ſit gradus illius planetẹ in ſigno in quo eſt propior gradui. x. domus aut gradui aſcendentis & cui horum propior fuerit: facies hũc angulum ad inſtar gradus ipſius planetẹ & eius minuti: & diuides. xii. domus per eum. dixit Ptolemẹus: ſi planetẹ plures cõuenerint in dominio eiuſdem loci & fuerint ẹquales in fortitudine: conſtitues dominum loci illum qui fuerit dominus haim. ꝙ ſi in hoc etiam conuenerint: conſtitues eum qui velocius debet mutari ab eſſe ſuo ad id quod fuerit melius. i. eum qui voluerit exire de aliquo ſigno in quo fuerit: & intrare aliud in quo habuerit plures dignitates. vel ſi fuerint oriẽtales a ſole: eliges eum qui ſoli fuerit propinquior & nõ fuerit ſub radiis. *Si* vero in angulo fuerint: ille eſt eligendus qui gradui eiuſdem anguli fuerit propinquior. & hoc intellige.

ET ex hoc hylech. i. locus vitæ in natiuitatibus/ cuius ſcientia eſt: vt primo aſpicias horam natiuitatis. quæ ſi fuerit in die accipies a ſole: qui ſi fuerit ante gradum ſigni aſcendentis per. 5. gradus aut infra: aut fuerit in. 10. vel. 11. ſiue maſculinũ fuerit ipſum ſignum ſeu fœmininũ: aptus erit vt ſit hylech. *Si* autẽ fuerit in his tribus locis ſcilicet in ſeptima vel octaua vel nona in ſigno maſcu. ſimiliter aptus erit vt ſit hylech. *Si* vero fuerit in his tribus locis in ſigno fœminino: nõ erit aptus vt ſit hylech. Hinc aſpiciens Lunam/ quẹ ſi fuerit in aſcendente vel in ſecunda vel tertia aut in ſeptima vel octaua: erit apta hylech/ ſiue maſculinum ſiue fœmininum fuerit ſignum. Et ſi fuerit ante gradum ſigni aſcendẽtis per. 5. gradus vel infra: aut fuerint in. 10. vel. xi. aut in quarta

vel quinta vel in ſeptima in ſigno fœminino: aptetur hylech. Si autem fuerit in aliquo iſtorum in ſigno maſculino: non erit apta hylech ſi fuerit in die natiuitatis. Si vero natiuitas fuerit nocturna/ incipiamus a luna: quę ſi fuerit in aliquo prędictorum locorum/ ſecūdum ꝙ prędiximus erit apta hylech. Si autē luna fuerit in eis aſpiciens poſt hoc ad ſolem. qui ſi fuerit ante gra. 7. per. 5. gra. vel infra: aut ſi fuerint in. 4. vel in. 5: erit aptus vt ſit hylech ſiue ſignū fuerit maſculinum ſiue fœmininuum. ſi vero fuerit ante aſcendētem. 5. gradibus vel infra: aut in aſcendente: vel in ſecundo ſigno maſ. aptabitur etiam hylech. Si autem fuerit in aliquo iſtorum locorum in ſigno fœmi. non erit aptus hylech. Quod ſi luminarium aliquod non fuerit aptum hylech: Aſpice poſt hoc natiuitatem: vtrū ſit coniūctionalis aut prędētionalis. i. vtrū ſit poſt cōiunctionē vel prędentionē. Quod ſi fuerit natiuitas coniūctionalis & fuerit gradus cōiunctiōis ſi aliquo angulorū: vel in ſuccedēti angulo: erit in loco apto hylech. Si vero prędictus gradus fuerit cadēs ab his octo locis. i. ab angulis & a ſuccedētibꝰ augulis nō erit hylech. Aſpicies tunc gradum partis fortunæ: qui ſi fuerit in aliquo angulorum vel in ſuccedentibus angulis: erit in loco apto hylech. Si vero cadens fuerit ab his. 8. locis. Aſpicies poſt hoc gradū aſcendentis & conſtitues eum hylech. Si vero natiuitas prędentionalis fuerit: incipies a gradu prędentionis. Aſpicieſq; eum ſicut prius feciſti in gradu coniunctiōis: & poſt ipſum gradum partis fortunę: poſt ipſum gra. aſcendentis eo ordine quo prędiximus in gradu coniunctionis. De ſexu autem ſignorum non curabis. i. non aſpicies vtrum ſint ſigna illa maſ. vel fœmi. niſi tantummodo in luminaribus hoc eſt in gradu coniunctionis vel prędentionis & aſcendentis & partis fortunę non conſideres vtrū ſint in maſ. ſignis vel fœmi. tam in angulis q̄ in ſuccedentibus angulorum: ſed hæc quatuor tantum erunt tunc apta hylech/ cum fuerint in his octo locis ideſt in angulis vel ſuccedentibus eorum: ſi vero fuerint in locis recedentibus. i. cadentibus ab angulis/ nō erūt apta hylech. Apparet itaq; ꝙ ſol ſit hylech aptus in die & nocte ſuper terram/ & ſub terra in. 11. locis: ſuper terram in. 6. locis & ſub terra in. 5. Luna quoq; apta erit hylech in die/ & nocte ſuper terrā & ſub terra ſimiliter in. 11. locis ſuper terram in. 5. & ſub terra in. 6. & cum hoc ſi fuerit luna in his locis ſub radijs ſolis non erit apta hylech. Aſpiciens autem hylech in angulis & ſuccedentibus eorum ſecundum ꝙ ęquantur. 12. domus circuli per gradus horarum aſcendentis ſecundum ꝙ exponitur eius opus in canone planetarum: ideſt in libro curſuum planetarum. Cūq; ęquaueris domos hoc modo: omnis planeta qui fuerit ante gradum ſigni aſcendētis vel cuiuſlibet

domus per. 5. gradus vel infra erit fortitudo eius valida in domo quæ ei ſuccedit: & omnis locus ex locis quæ prædiximus eſt aptus hylech: ſi aſpexerit eũ aliqs dominorũ illius qui ſit dominus domꝰ aut dominus exaltatiõis: aut dominus termini: aut triplicitatis: aut dominus faciei/ & ſi nõ: nõ erit aptus hylech. ¶ De alcochoden.

ET ex hoc alcochoden qui eſt ſignificator vitæ: ideſt dominus annorũ vel dans annos: quem cũ volueris ſcire & iam prẽnoſti hylech: eo ordine quem prædixi/ aſpicies dominũ domus hylech: aut dominum exaltationis eius: aut dominum termini eius: aut dominum triplicitatis: aut faciei eius/ quis horũ fortior fuerit & autentior in loco hylech: & ſi aſpexerit hylech erit dignior alcochoden. ℘ ſi non aſpexerit hylech qui fuerit pluris auctoritatis: aſpicias eum qui fuerit auctoritatis minoris donec inuenias aliquem ex illis qui aſpiciat. ℘ ſi non aſpexerit hylech/ nõ poterit ille locus eſſe hylech: & tunc quẽres ab alio hylech & iterum quæres ab eodem ſecundo hylech alcochoden eo ordine quo prẽdiximus. ℘ ſi æquales fuerint duo planetæ vel tres in auctoritate gradus hylech: & aſpexerit/ vterq; erit dignior alcochoden qui fuerit fortior loco. Si vero fuerint æquales in fortitudine loci. ſ. vbi fuerint ipſi planetæ: erit ille alcochodẽ qui proprior fuerit gradui hylech. ¶ Quibuſdam autem videbatur melius inſpicere a domino domus: qui ſi aſpexerit hylech/ ponebãt eum alcochoden & nõ conſiderabant alterum: & ſi nõ inueniſſent dominum domus aſpicientem hylech: accipiebant dominum exaltationis: quem ſi aſpicere viderent hylech ponebant alcochoden eum & nõ conſiderabãt alium: ſimiliter faciebãt de domino triplicitatis termini atq; faciei per ordinem. & erat Dorothius prẽponens dominum termini in hoc domino domus. Et quidam dixerunt ℘ ſi ẽquales fuerint duo planetæ vel tres vel plures in dignitate: & in propinquitate aſpectus gradui hylech: ille erit alcochoden qui erit in loco laudabili a ſole: ideſt qui fuerit cũ ſole in vno gra. per. 16. minuta/ aut infra: vel propinquior gradui anguli: aut in initio ortus ſui: ideſt cũ mane apparuerit: aut fuerit in ſtatiõe ſua ſecũda: vel in aliquo eſſe ſcilicet laudabili a ſole ſicut prẽdiximus ipſe erit alcochoden. Si vero gradus Solis fuerit hylech: & fuerit in Ariete vel in Leone: erit Sol hylech/ & alcochoden ſimul: & nõ cõſiderabitur alius alchodẽ prẽter eũ. ſimiliter ſi fuerit gradus Lunę hylech: & fuerit in Tauro vel in Cancro: habeto eam pro hylech & alcochoden ſimul: et non conſiderabis alcochoden alium præter eam.

ALmutã eſt qui preeſt natiuitati: ab eo ſignificatur eſſe nati poſt hylech & alcochodẽ: & ipſe planetis cẽteris eſt pluris auctoriatis: in aſcẽdente & in locis luminariũ atq; in loco

partis fortunę in loco quoq; coniunctionis vel prę uentionis quæ eſt ante natiuitatē. Quod ſi prę fuerit aliquis planeta duobus locis aut tribus aut quatuor aut pluribus prę multitudine poteſtatis ſuę erit ipſe almutam/ideſt auctor & ſignificator vitæ poſt hylech: & alcochoden. & per eum ſignificatur eſſe nati. & quidam habent eū pro alcochoden ad dandū vitam. ¶ De profectione ſignorum.

ET ex hoc ſignū profectiōis in annis natiuitatū atq; mūdi. Nam in annis natiuitatū ſcientia eſt: vt aſpicias quot anni tranſierūt nato ex annis ſolaribs perfectis. aſpicieſq; omni anno ſignū vnū & incipies ab aſcēdēte nati per ſucceſſionē ſignorum quouſq; finitus fuerit numerus ſignū quod ſuccedit eſt ſignū profectiōis ab aſcēdēte/ſignū videlicet anni intrātis quē nō miſiſti in numero hoc erit in tali gradu ſicut fuit in aſcēdēte natiuitatis: & dominus eiuſdē dicitur alcochodē: cuius interpretatio eſt dominus anni. Similiter numerabis a ſigno ſolis vnicuiq; anno ſignum vnū: & exibit per hoc ſignū profectiōis a ſole. Similiter a ſigno Lunę & a medio cœli: & a parte fortunę in ſimilitudinē gradus radicis. i. pūcti natiuitatis. Cui⁹ rei exēplar eſt q; dā natus eſt oriēte capricorno. ſ. 17. gradu eius: & ſol erat in piſcib⁹. 15. gradu: & medium cœli ſcorpionis. octo gra. & luna in libra. 15. gra. & pars fortunę in leone. 17. gra. & iā trāſierūt nato tres anni perfecti peruenietq; quartus annus ab aſcēdēte in ariete qui eſt quartus a capricorno vſq; ad. 17. gradū eiuſdē arietis. & erit Mars alcochodē: & peruenit locus ſolis ad gemios vſq; ad. 15. gra. eiuſdē ſigni: & peruenit luna ad capricornū ad. 15. gra. & profectus a medio cœli ad octo grad. aquarij. & ꝓfectus a parte fortunę puenit vſq; ad. 17. gradū ſcorpij. Cūq; peruenerit annus ad gradū profectiōis: vt ad 17. gradū arietis in hoc exēplo: & fuerit iter ipſum & ſimilē gradū ſuccedētis ſigni ad quē debet peruenire annus ſequēs i eadē domo planeta vel radij ei⁹: & volueris ſcire quādo peruenerit profectio ad ipſum planetā vel ad radios eius: aſpicies qd ſit inter gradū ad quē peruenier annus: & planetā vel radios ex gradib⁹ & minutis: & multiplicabis illud per. 12. & ſextā illi⁹ numeri quē multiplicas vel i. 12. gradus &. 6. vnius gradus: & quot prouenerint erūt dies ex anno illo in quo fueris in quibus proueniet profectio a gradu in quo incipit vſq; ad gradū ad quē numeraſti poſt fiet profactio ipſius planetę. ¶ Profectio autē ex ānis mūdi dixit Alchindus eſt quod fuerit inter annū cōiunctiōis quæ ſignificauit Sarracenorū ſectā & iter annū alhegerat in quo cœpit primū prędicare Mahometus qui fuit prim⁹ annorū Arabū. 52. anni ſolares &. 57. dies. & fuit aſcendēs anni illius coniunctiōis prędictę ſectę ſignū gemi norū: & peruenit profectio eiuſdē anni ad virginē & inter ipſum primū annorū Arabū: & primū annorū iezdygird regis Perſarū

fuerunt.3624.dies ſcilicet perfecti.C ũergo volueris habere notitiam huius rei:accipe annos iezdygird/ & verte eos in dies ſicut iam expoſitum eſt in azig.i.in libro curſuum planetarum: & adde deſuper dies qui ſunt inter primũ annorũ Arabum & iezdygird: & diuide hoc per.365.dies & quartam partem diei:& quot diuiſiones exierint tot erunt anni ſolares: & quod remanſerit ex menſibus & diebus erit ex anno imperfecto: quod cum ita collectũ fuerit ex annis/ ipſi ſunt anni ſolares ab initio annorum Arabũ:proijce ergo omni anno ſignum vnum & incipe a Virgine:& ad quod cunq; ſignum te perduxerit numerus:ipſum erit ſignum ad quod peruenit annus mundi ab aſcenſione cõiunctionis prædictę ſectę.

¶Alijs autem extra alkindum viſum eſt vt adderent ſuper annos iezdygird perfectos.61.annos &.ij.menſes &.12.dies.&.16.horas:ex annis Perſidũ: qui ſunt ſine fractiõe ideſt ſine quarta diei. & extenderẽt hos annos in dies ac verterent dies in annos ſolares ſicut prędiximus & inciperent proijcere ab initio libræ.♎ ſi volueris profectionem a ſigno coniunctionis ſectę ſit/proiectio a ſcorpione:ſi vero volueris profectionem ab aſcendẽte regni/minue ex annis iezdygird annos illos.317.perſidos & verte eos in annos ſolares ſicut prędiximus: & incipe proijcere a virgine. ¶ Rurſus ſi volueris profectionem ab aſcenſione profectionis mutationis coniunctiõis a triplicitate aquatica ad triplicitatem igneam/miuue ex annis iezdygird perfectis.176. annos/ & verte illos qui remanent in annos ſolares.& incipe proijcere a leone & quo peruenerit numerus in eodem ſigno:erit profectus vniuſcuiuſq; initij eorũ quę diximus.

¶De directione ſignificatoris.

ET ex hoc ſequitur atazir.i.directio:hoc eſt vt dirigas ſignificatorem aliquem ad aliquem locũ ſignorum & ſcias quid ſit inter eos ex gradibus directiõis/accipieſq; vnicuiq; gradui annum vnum. Cum ergo volueris ſcire hoc & fuerit ille ſignificato in aſcendente quemuis dirigere ad aliquam partem circuli :minue aſcenſiones gradus in quo fuerit ſignificator quem volueris dirigere per aſcenſiones regionis de aſcenſionibus gradus illius ad quem volueris dirigere eum:& quod remanſerit erit gradus directionis. ♎ ſi fuerit ſignificator in gradu ſeptimæ.minues aſcenſiões nadir.i.oppoſiti gradus in quo eſt ſignificator de aſcẽſionibus nadir illius gradus ad quem volueris ipſum dirigere in illa regione. Si vero fuerit ſignificator in medio cœli vel in angulo terrę:minues aſcenſiones gradus ſignificatoris de aſcenſionibus illius gradus ad quem volueris eum dirigere per aſcenſiones circuli directi:& quod remanſerit erit gradus directionis. Si ve-

ro fuerit ille ſignificator quem volueris dirigere in aliquo loco extra quatuor angulos: Aſpicies longitudinem eius ab aliquo horũ angulorum qui ſunt angulus medij cœli atq; angulus terræ: hoc eſt vt aſpicies ſignificatorem. qui ſi fuerit inter aſcendẽs & mediũ cœli: minues aſcenſiones gradus medij cœli per circulum directũ de aſcenſionibus gradus ſignificatoris: & ſi fuerit inter. 7. & medium cœli: minues aſcenſiones gradus ſignificatoris de aſcenſionibus gradus medij cœli per circulum directum: & quod remanſerit: ex qualicunq; horum locorum fuerit: illud diuides per partes horarum illius diei gradus in quo fuerit ſignificator: & quod exierit erunt horæ longitudinis ab angulo. Et ſi fuerit inter aſcendẽs & angulum terrę: minues aſcenſiones gradus ſignificatoris per circulum directum de aſcenſionibus gradus anguli terræ. Rurſus ſi fuerit ſignificator inter angulum terræ &. 7. minues aſcenſiones gradu anguli terræ per circulum directum de aſcenſionibus gradus ſignificatoris: & quod remanſerit ex qualicunq; horum locorum/ diuides per tempora horarũ diei nadir: id eſt oppoſiti gradus ſignificatoris: & quod exierit ipſę erunt longitudines horę ab angulo. ¶ Cumq; ſciueris longitudinis horas ab angulo/ & volueris dirigere ſignificatorem ad aliquem locum circuli ſignorum: & fuerit ſignificator in medio circuli oriẽtalis: qui eſt a medio cœli vſq; ad angulum terræ/ de eis quæ ſuccedunt aſcendens: minue aſcẽſiones gradus illius in quo fuerit ſignificator de aſcenſiõibus gradus illius ad quem volueris dirigere per circulum directum: & quod remanſerit erit ſignificator circuli directi: ſerua eum. Poſt hoc minues aſcenſiones illius gradus in quo fuerit ſignificator per aſcenſiones regionis de aſcenſionibus illius gradus ad quẽ volueris eũ dirigere: & quod remãſerit erit ſignificator regionis: poſt hoc aſpice reſiduum quod fuerit inter ſignificatorẽ circuli directi: & ſignificatorem regionis. accipieſq; ſextam partem eius & multiplicabis in horis lõgitudinis ab angulo: & quod fueriterit ęquatio: & ſi fuerit ſignificator circuli directi minor ſignificatore regionis: addes ęquationem ſuper ſignificatorem circuli directi. Et ſi fuerit ſignificator circuli directi plus minues ęquationẽ ex eo: & quod remãſerit erit gradus directionis. ¶ Item ſi fuerit/ ſignificator quem volueris dirigere in medietate circuli occidentalis: quę eſt ab angulo terræ vſq; ad medium cœli de eo quod ſuccedit. 7. minues aſcẽſiones nadir gradus ſignificatoris quem volueris dirigere de aſcẽſionibus nadir gradus illius ad quem volueris dirigere eũ per circulum directum: & quod remanſerit erit ſignificator circuli directi. Poſt hoc minues aſcenſiones nadir gradus ſignificatoris per aſcenſiones regionis de aſcenſionibus nadir gradus illius ad quẽ

volueris eum dirigere: & quod remanſerit erit ſignificator regionis. deinde accipies reſiduum quod fuerit inter ſignificatorem circuli directi & ſignificatorem regionis/accipi ſꝫ ſextã partẽ eius: & multiplicabis in horis longitudinis ab angulo: & quod fuerit erit æquatio. poſt hoc aſpicies ſignificatorem circuli directi ſi fuerit minor ſignificatore regionis addes æquationem ſuper ſignificatorem circuli directi: & ſi fuerit ſignificator circuli directi plus ſignificatore regionis: minues æquationem de ſignificatore circuli directi: & quod ex eo exierit erit gradus directionis. ¶ Quod ſi fuerit ſignificator in aliqua quarta: & locus ad quem diriges eum in alia quarta diriges ſignificatorem ad angulum qui ei ſuccedit: poſt hoc diriges ab angulo ad locum quemadmodum oſtendi tibi directionem ab angulo & iunges vtraſꝫ directiones. ¶ Quod cum ſciueris ſignificatorẽ & volueris ſcire quo perueniet directio de circulo ſignorum in aliquo annorũ: fueritꝫ ſignificator in aſcẽdente: addes numerum annorum: ſuper aſcenſiones gradus aſcendentis: & facies eum arcum in aſcenſione regionis: & quo exiuerit arcus grad. de circulo ſignorum/ibi perueniet directio in eodem anno. Si vero fuerit ſignificator in .7. addes numerum annorum ſuper aſcenſiones nadir gradus ſignificatoris: & arcuabis eum etiã in aſcenſiõibus regiõis: & quod exierit de circulo ſignorũ: ad eius nadir perueniet directio eodem anno. ¶ Quod ſi fuerit ſignificator in. 10. vel. 4. addes ſuper aſcenſiones grad. ſignificatoris in circulo directo numerum annorum: & arcuabis eum in aſcenſionibus circuli directi: & quod exierit de circulo ſignorũ ibidẽ perueniet in eodem anno directio. ¶ Si vero fuerit ſignificator extra hæc quatuor loca quæ ſunt anguli: ſcias horas longitudinis ab angulo ſicut prædixi: quod ſi fuerit ſignificator in medietate orientali: addes ſuper aſcenſiones grad. ſignificatoris per circulum directum numerum annorum quos volueris: & arcuabis hoc in aſcenſionibus circuli directi: & quod exierit erit ſignificator circuli directi: ſerua eum. poſt hoc addes numerum annorum etiam ſuper aſcenſiones grad. ſignificatoris in regione: & arcuabis hoc in aſcẽſione regiõis: & quod fuerit erit ſignificator regionis. poſt hoc accipies ſextam partem reſidui inter ſignificatorem circuli directi: & ſignificatorem regionis: & multiplicabis eam in horis lõgitudinis ab angulo: & quod fuerit erit æquatio. ¶ Quod ſi fuerit ſignificator circuli directi minor ſignificatore regionis: addes æquationem ſuper ſignificatorem circuli directi: & ſi fuerit plus minues eã de eo: & quod remãſerit ibi perueniet directio ex circulo ſignorum eodem anno. ¶ Quod ſi fuerit ſignificator in

medietate occidentali facies cum nadir grad. significatoris sicut feciſti cū gradu ſignificatoris in opere quod eſt ante eum: & quod fuerit ibidem perueniet directio ex circulo ſignorum in eodem anno: & locus ad quem perueniet directio dicitur locus diuiſionis & dominus termini illius loci dicitur diuiſor: ꝙ ſi fuerit in gradu diuiſionis planeta alius aut radij eius aut prope locum ante eum: dicitur hic planeta aut dominus radiorum particeps diuiſoris in diuiſione. ℂ Significatores quoq; qui dirigũtur ſunt quinq; loca ideſt grad. aſcendentis: & grad. Solis & grad. Lunæ/gra. quoq; partis fortunæ ac gradus medij cœli. Gradus nanq; aſcendentis dirigitur ad accidentia dignoſcenda quæ accidunt in corpore: & grad. ſolis ad dignitatis & exaltationis cauſas: honoris quoq; atq; regni: & Luna propter eſſe animæ & corporis atq; coniugij: & pars fortunæ propter acquiſitiones & profectus exiguitatem & largitatẽ & medium cœli propter magiſterium & cęteras diſpoſitiones particulares et eſſe eorum. ℂ Si autem fuerit aſcendens reuolutionis alicuius annorum mundi vel natiuitatum dirigũtur ſignificatores eius ſecundum hanc directionem vnicuiq; ſcilicet gradui diem vnum. Quibuſdam videtur vt dirigantur ſignificatores anni hoc modo omnibus: ſcilicet. 59. minutis &. 8. ſecundis vnum diem: nam directio regum & principum ſic dirigitur eis a gradu medij cœli per aſcenſiones circuli directi omnibus. 56. minutis: & octo ſecundis vnum diem: donec perueniat ad bonos vel malos planetas. Et dirigitur eſſe regum in incolumitate: aut infirmitate ex gradu aſcendentis ad bonos vel malos planetas omnibus. 59. minutis: & octo ſecundis diem vnum per aſcenſiones regionis: & directio in reuolutione annorum mundi & prẽnoſcendum eſſe vulgi vel ruſticorum a gradu aſcendentis: ſimiliter & ad prẽnoſcendum eſſe regis a gradu medij cœli: & in reuolutione annorum natiuitatum ad prẽnoſcendum eſſe nati a gradu aſcendentis reuolutionis omnibus. 59. minutis & octo ſecundis per aſcenſiones regionis diem vnum.

ℂDe algebugthar.

ET ex hocſequitur algebugthar in natiuitatibus: & eſt directio gradus aſcendentis/ hoc eſt vt aſpicias gradum aſcendentis in termino cuius ſit planetæ & minuas aſcenſiones

aſcendẽtis de aſcenſionibus quę ſunt in directo finis termini planetę per aſcẽſiões regionis: & quod remãſerit accipies vnicuiq; gradui vnum annum/ & omnibus quinq; minutis menſem: & omni minuto. 6. dies: & erit dominus termini diſpoſitor annorum qui dicitur diuiſor. Poſt hoc accipies gradus termini qui eum ſuccedit: & vertes eos etiam in gra. aſcenſionũ: & qđ fuerit accipies vnicuiq; gradui annum vnum: & omnibus. 5. minutis menſem: & omni minuto ſex dies: eritq; dominus termini diuiſor & diſpoſitor illorum annorum. *Similiter intrabis cũ omni termino domini per ſucceſſionem vſq; in finem vitæ: & ſi fuerit in termino alicuius planetæ: planeta aut radij eius erunt participes in diuiſione: & hæc diuiſio dicitur algebugthar.*

¶ De duodenarijs planetarum & domorum.

ET ex hoc duodenarię planetarum aut domorum: hoc eſt vt aſpicias quantum ambulauerit planeta in ſigno ſuo in quocunq; fuerit / aut gra. domus quem volueris ex gradibus & minutis: multiplica biſq; hoc in. 12. poſt hoc addes deſuper ipſos gra. atq; minuta quę multiplicaſti in. 12. & quod collectũ fuerit ex eo proijce ab initio grad. eiuſdem ſigni: dans vnicuiq; ſigno. 30. grad. & vbi fuerit finitus numerus ibi erit duodenaria planetarum ac domorum.

¶ De nouenarijs eorundem.

ET ex hoc amanbabarat quæ ſunt nouenarię. Cuius ſcientia eſt: vt ſcias quãtum ambulauerit planeta in ſigno ſuo ex gradibus & minutis: aut grad. domus cuius volueris ſcire nouenarium. poſt hoc diuide ſignum in nouem diuiſiones: & vna quæq; diuiſio eſt ex tribus gradibus & tertia parte vnius gradus. Poſt hoc aſpicies in quo nouenario ex nouenarijs ceciderit gradus planetæ aut domus. ¶ *Poſt hoc dabis primum nouenarium ex ſignis domino ſigni mobilis eiuſdem triplicitatis & ſecundum nouenarium domino ſigni* cuius eſt ipſum ſignum quod ſuccedit: donec venias ad aliquem nouenariũ ex quo eſt gradus. eritq; planeta dominus eius nouenarij. verbi gratia: ſignum ex quo fuerit gradus ille erat ex triplicitate arietis: erit ergo primũ nouenariũ eiuſdem ſigni Martis domini arietis: & ſecũdum nouenarium Veneris dominę tauri: & nouenarium tertium Mercurij domini geminorum. *Similiter* vſq; ad nouenarium nonum. Et ſi fuerit ſignum ex triplicitate cancri: erit primum nouenarium eius Lunæ: & ſecundum nouenarium ſolis domini leonis: & tertium Mercurij domini Virginis. Et ſi fuerit ſignũ ex triplicitate libręerit primũ nouenarium eius Veneris domini libræ: & ſecundum Martis do-

mini ſcorpionis : & tertium Iouis domini Sagittarij. Similiter in triplicitate capricorni/primum nouenarium eius: eſt Saturni domini capricorni:& ſecundum ſimiliter Saturni domini aquarij:& tertium Iouis domini piſcium. deinde quæ ſequitur ſecundum ordinem ſucceſſiõis ſignorum. verbi gratia.planeta vel aliqua domus ex domibus .12. erat in .19. gradu aquarij: ſi diuidatur ſignũ per nouem diuiſiones / erit gradus .19. in diuiſione ſexta.& quia ſignum a quarij eſt in triplicitate libræ:ponitur primum nouenarium eius Veneris domini libræ:ſecundum Martis domini Scorpionis:& tertium Iouis domini Sagittarij:& quartum Saturni domini capricorni:& quintum etiam Saturni domini aquarij: & ſextum Iouis domini piſcium.eritq; nauhahar ideſt nouenariũ. 19. grad.aquarij Iouis.

¶Modus inueniendi dominum decani.

ET ex hoc adorogen hoc eſt vt diuidas aſcẽdens in tres partes/& ſit omnis diuiſio.10.graduũ :dabiſq; diuiſionem primam domino aſcendentis/& ſecũdam domino quinti ſigni ab eo: & tertium domino noni.nam aſcendens.5.&.9.vna ſemper ſunt triplicitas verbi gratia.ab initio arietis vſq; in decimum gradum eius/eſt dorogẽ.i.decanus eſt Martis.Et ſi fuerit ex .10. gradu vſq; .20 gradũ:erit eius dorogen ſol dominus leonis. Et ſi fuerit a.20. vſq; in finẽ eius:erit dorogẽ Iupiter dominus ſagittarij.

ET ex hoc dominus orbis in natiuitatibus : hoc eſt vt aſpicias dominum horæ in qua oritur natus. dabiſq; aſcendẽs & dominum horæ anno primo natiuitatis eius.& ſignificabitur per eſſe eius:ideſt dominũ horę/ſanitas vel infirmitas corporis nati:ſicut ſignificatur per dominum aſcẽdentis radicis i.natiuitatis.& dabis dominum ſecundæ horæ ab ea/ſecundę domui ab aſcendente in ſecundo anno. & ſignificabitur per eum eſſe ſuum in eodem anno eſſe ſubſtantiæ &c.ſicut ſignificatur per eſſe domini domus ſubſtantiæ. & dabis dominum tertiæ horæ ab ea tertiæ domui ab aſcendente tertio anno. & ſignificabitur per eſſe illius in eodem anno eſſe fratrum & ſororum & cæterorum : ſicut ſignificabitur per eſſe domini tertiæ domus.& dabis dominum horæ quartæ domui quartæ ab aſcendente in anno quarto.& ſignificabitur per eſſe ſuum in eodem anno eſſe patrum / & eorum qui ſignificãtur per domum quartam.Similiter facies de dominis horarum per ſucceſſionem:dabis.ſ. dominum vniuſcuiuſq; horæ domui ex domibus radicalibus.eritq; domino horæ.12. ab hora natiuitatis domus.12. ab aſcendente radicis. & annus .12. & dominus.13.horæ a natiuitate radicis aſcendentis.& anni 13.& dominus .14.horæ ab ea domus ſubſtantię &.14.anni.Et nominatur

dominus horæ primæ dominus aſcendentis horæ. & dominus. 2. horæ dominus horæ domus ſubſtātię: & dominus horæ tertiæ dominus horæ domus fratrū: & ſic de alijs. Similiter dominus vniuſ cuiuſq; harum horarum nominatur nomine domus. & nominatur etiam orbis dominus. & ſignificatur per eū omni anno ſicut ſignificatur per alcochodē: hoc eſt per dominum anni. & quidam aſtrologorum ponunt dominum orbis. ſ. aſcendentis radicis anno primo &. 2. anno planetam qui huic ſuccedit. & in tertio anno planetam qui huic ſuccedit: ſicut dictum eſt in domino horæ.

ET ex hoc alfridarię diſpoſitio: hoc eſt cum natiuitas fuerit diurna: preerit in initio vitę diſpoſitioui eius fridarię ſol ſecundum quantitatem annorum fridarię eius qui ſunt decem: poſt hoc planeta qui ſuccedit ſoli/ qui eſt Venus: cuius fridarię anni ſunt octo. & poſt Venerem planeta qui ſuccedit ei/ & eſt Mercurius. & anni eius ſunt tredecī deinde luna: & anni fridarię eius ſunt nouē: deīde Saturn⁹/ & āni fridarię eius ſunt. 11. deinde Iupiter & anni fridarię eius ſunt. 12. deinde Mars & anni fridarię eius ſunt. 7. deinde caput draconis & anni fridarię eius ſunt. 3. poſt hoc cauda: & anni eius fridarię ſunt duo. fiūt autē anni collecti ſimul. 75. anni. poſt hoc reuertitur diſpoſitio ad ſolē: & ſimiliter vſq; ad vltimum planetarū. Si autem fuerit natiuitas nocturna incipit diſpoſitio a luna/ diſponetq; ānos fridarię eius qui ſunt nouem. ſimiliter planeta poſt planetam ſicut prędiximus in ſole. Cumq; diſpoſuerit planeta annos fridariæ ſuæ: diſponet proprie primam ſeptimam ſolum. i. ſeptimam partem fridariæ ſui. deinde participatur ei in ſecunda ſeptima: planeta qui eum ſuccedit: poſt hoc participatur ei in tertia ſeptima planeta. tertius qui ſuccedit ſecūdum: & ita donec participatur ei planeta qui eſt ante eum in vltima ſeptima ex annis fridariæ eius: & eſt vnicuiq; iudicium cū participatur alteri ſuper natiuitate.

ET ex hoc almanar. i. ſupereminentia qua dicitur ♀ planeta vadit ſuper planetam: hoc eſt vt aſpicias curſum planetę medium & locum eius ęquatum: & ſi fuerit locus eius ęquatus minus medio curſu eius erit aſcendens a medio circuli ſui vſq; ad ſummitatem circuli. & ſi fuerit locus eius æquatus plus medio curſu: erit deſcendens a medio circuli ſui vſq; ad infimum eius. & ſi fuerit locus eius ęquatus ęqualis medio curſui: erit in medio circuli ſui. deinde locum planetæ minues de medio curſu ſuo. poſtq; hoc certiſſime cognoueris ideſt locum æquatum: vel e conuerſo minorem de maiori eorum ſubtrahendo: & multiplicabis quod remanſerit per ſeptem/ & diuides per. 22. & quod de diuiſione exie-

rit erit hoc omni planetæ pro quãtitate eius aſcẽſionis vel deſcẽ ſiõis. De Venere & Mercurio accipimus quod eſt inter vtraq; lo ca: ideſt ♀ eſt inter locum ſolis & Veneris & Mercurij/ & facimus vt ſupra: quia per hoc ſcimus quis eorum fortior ſit in circulo au gis: ſed Venus & Mercurius cum fuerit aliquis eorum orientalis/ & fuerit locus eius equatus min⁹ loco ſolis: accipies reſiduũ quod eſt inter locum ſolis & locum eius: faciesq; cum eo quemadmodũ feceris vt dictum eſt in planetis altioribus ex multiplicatione & diuiſione. ℂ Et proprior ac fortior ſit ſignificatio planetarum dum abierint ſuper ſeinuicem: ideſt dum abierit alter ſuper alte rum in coniunctione. ℂ In oppoſitione autem & in quarto aſpe ctu erit ſignificatio eorum minus apparens & debilior. ℂ Et ta men cum vnus illorum fuerit aſcendens & alter deſcendens: tunc aſcendens eorum vadit ſupra deſcendentem. ℂ Cum vero ambo fuerint deſcendentes: ille qui fuerit minoris de cenſionis vadit ſu per illum qui fuerit maioris vel pluris deſcenſionis. ℂ Si autem ambo fuerint aſcendentes: ille qui eſt maioris aſcenſionis vadit ſu per illum qui fuerit minoris aſcenſionis. ℂ Dicitur quoq; & alio modo/ ideſt vt ſcias latitudinem vtrorunq; planetarum: quia ſe ptentrionalis eorum vadit ſuper meridianum. Et ſi fuerint am bo ſeptentrionales: ille qui fuerit pluris latitudinis vadit ſuper eũ qui fuerit minoris latitudinis. ℂ Si autẽ fuerint vtriq; meridiani: ille qui fuerit minoris latitudinis vadit ſuper eum qui fuerit maio ris latitudinis. ideoq; dicitur ♀ luna vadit ſuper Iouem in his duo bus operibus. Similiter ſi fuerit aliquis duorum planetarũ in me dio circuli nullam latitudinem habens: tunc aſcendens ſeptentrio nalis vadit ſuper eum qui caret latitudine: & vadit ipſe qui ſine la titudine eſt ſuper deſcendentem meridianum. Et ex hoc apertio portarum dicitur cum iungitur planeta inferior planetæ ſuperio ri/ & fuerint cum hoc domus eorum oppoſitę.

ET ex hoc albuzic & eſt res quã valde ſernabant Indi. Nã ipſi numerant poſt cõiunctionẽ ſolis & lunæ. 12. horas/ & applicant eas ſoli/ & diuidunt. 12. horas trinas: ideſt in tres partes ſcilicet in haim ſolis. & iudicant ſuper omnes quatuor ho ras ſecundum iudicium dominorum triplicitatis ſolis hora con iunctionis: deinde dant Veneri poſt. 12 horas & diuidunt eas ite rum trinas & iudicant ſuper omnem trinam diuiſionem ſecun dum dominos triplicitatis Veneris hora coniunctionis: poſt hoc faciunt ſimiliter cum Mercurio & alijs planetis per ſucceſſionem eorum donec reuertitur orbis ad ſolem poſt. 84. horas. & non ceſſant ſic facere frequenter / donec Venerit coniunctio ſecunda.

Et quidam dicunt ꝙ Albuzic ſic hoc ꝙ poſt coniunctionem ſint 12. horæ inęquales/ quæ vocantur combuſtæ: & non oportet aliquem in his incipere aliquod opus. & poſt horas. 12. ſunt. 72. horæ incombuſtæ: in quibus eſt vtilis operum incœptio. & poſt has 72. horas incombuſtas ſunt. 12. combuſtæ ſimiliter vſq; ad coniũctionem quæ ſuccedit. poſt hoc diuidunt has horas. 12. in tres diuiſiones/ ideſt in partes. Dixeruntq; cum quis incœpit in quatuor horis primis deambulare vel bellare: timenda erit perditio animę ſuæ: & in quatuor horis ſecundis timendum erit detrimentum corporis ſui ſine amiſſione animæ: & in quatuor horis vltimis timẽdũ eſt detrimentum ſubſtantiæ ſuæ & ſuorũ & omniũ quæ poſſident.

¶ DIFFERENTIA QVINTA IN COMmemoratione vniuerſarum partium.

ET quia expleuimus expoſitiones eorũ quę ſequuntur ex nominibus aſtrologorũ: exequamur nũc cõmemorationem vniuerſarũ partium. Et cum notauerimus in loco partium: accipe a loco illo in locũ illũ/ & proice hoc ab aſcendente vel de alio loco. dicimus vt addas ſuper illud quod fuerit inter vtraq; loca gradus aſcendentis. & proijce ab aſcẽdẽte vel ab initio ſigni a quo proijcis. Cuius exẽplar eſt opus partis fortunæ: quia accipis quicquid eſt inter ſolẽ & lunam ex gradibus: & addas ſuper eos gradus aſcẽdentis ſigni: & quod collectũ fuerit proiicis illud a. 30. in. 30. gradus. & incipis proiicere ab initio aſcendentis ſigni. & vbi finitur numerus: ibi eſt pars fortunæ. & in nocte e contra a luna in ſolem. & addes gradus deſuper ſigni aſcendentis. & proiice hoc de. 30. in. 30. & incipe proiicere ab initio ſigni aſcendentis. ¶ Incipiamus hic itaq; poſt partem fortunæ / partes. 12. domorum. & incipiamus ab aſcendente.

PRima domus eſt pars vitæ. & accipitur in die a Ioue in Saturnũ: & in nocte e cõtra. & proiicitur ab aſcẽdẽte. ¶ Pars hylech accipitur a gradu coniunctionis ſeu prẽuentionis/ quæ fuerit ante natiuitatem vſq; in gradum lunæ: & proiicitur ab aſcendente. ¶ Pars futurorum / ideſt pars ſolis accipitur in die a luna in ſolem: & in nocte e contra. & proiicitur ab aſcendente. ¶ Pars dilectionis & concordiæ ideſt pars Veneris: accipitur in die a parte fortunæ in partem futurorum: & in nocte e contra. & proiicitur ab aſcendente. ¶ Pars ſtabilitatis & fiduciæ aſcendẽtis durationis nati: eſt ſicut pars concordiæ & dilectionis. ¶ Pars

animositatis & audaciæ: ideſt pars Martis accipitur in die a Marte in gradum partis fortunæ/ & in nocte e conuerſo. & proijcitur ab aſcendente.

SEcunda domus eſt pars ſubſtantiæ: & accipitur in die & nocte a domino domus ſubſtãtiæ in gradum atq; minutum domus ſubſtantiæ. & proiicitur ab aſcẽdente. ¶ Pars paupertatis & paruitatis ingenij: ideſt pars Mercurij accipitur in die a parte futurorum in partem fortunæ: & in nocte e cõuerſo & proijcitur ab aſcendente ¶ Pars beatitudinis & triumphi atq; victorię ideſt pars Iouis accipitur in die a parte futurorum in Iouẽ & in nocte e conuerſo & proijcitur ab aſcendente.

TErtia domus eſt pars fratrũ: & accipitur in die a Saturno in Iouem: & in nocte e conuerſo. & proijcitur ab aſcendẽte. ¶ Pars beniuolentię fratrum accipitur in die a ſole in Saturnum & in nocte e conuerſo & proijcitur ab aſcendente ☌ ſi fuerit Saturnus ſub radijs: accipitur in die a ſole in Iouẽ & in nocte e couerſo. & proijcitur ab aſcendente.

QVarta domus pars patrum eſt & accipitur in die a ſole in Saturnum: & in nocte e conuerſo: & proijcitur ab aſcendente. ¶ Pars mortis patris accipitur in die a Saturno in Iouem & in nocte e cõuerſo: & proiicitur ab aſcendẽte. ¶ Pars annorum accipitur in die a domino domus ſolis in Saturnum: & in nocte e conuerſo: & proijcitur ab aſcendente. Et ſi fuerit in domo ſua ſol vel aliqua domorum Saturni: accipe in die a ſole in Saturnum: & in nocte e conuerſo. & proiice ab aſcendente & non cõfideres vtrum Saturnus ſit apparens vel ſub radijs ¶ Pars hęreditatum & poſſeſſionum accipitur in die ac nocte a Saturno in lunam: & proiicitur ab aſcendente. ¶ Pars nobilitatis nati: & eius de quo fit dubitatio vtrum ſit filius illius patris cui imponitur: an alterius: accipitur in die a gradu ſolis in gradum exaltationis ſuę: & proiicitur ab aſcendente. ¶ Quod ſi ſol fuerit in gradu exaltatiõis ſuę in die/ & luna in nocte in gradu exaltatiõis ſuę: erit pars in gradu aſcendentis. & erit ſignificatio gradus aſcendentis. ¶ Pars finis rerũ accipitur in die & nocte a Saturno vſq; ad domi num domus coniunctionis: aut peruentionis. & additut deſuper gradus aſcendentis. & proiicitur ab aſcendente.

QVinta domus eſt pars filiorum: & accipitur in die a Ioue in Saturnum: de nocte e conuerſo. & proiicitur ab aſcẽdẽte. ¶ Pars quæ ſignificat tempus in quo debet filius fieri: & numerum eorum ſeu maſculorum ſeu fœminarũ & quid mulier pariet: accipitur in die ac nocte a Marte in Iouem: & proiicitur ab aſcendẽte. ¶ Pars ſciẽtiæ filii maſculi & fœminę accipitur

in die & nocte a Luna in Iouē. & proijcitur ab aſcendēte. ¶ Pars per quā ſcitur natus de quo fit interrogatio vtrū ſit maſculus vel fœmina: accipitur in die a domino domus lunæ in Lunā: & in nocte e conuerſo. & proijcitur ab aſcendēte. ¶ Pars ſignificans filiū cum peruenerit Iupiter ad eum: ideſt ad gradū partis ſignificātis filium: accipitur in die ac nocte a Marte in Iouem. & proijcitur ab aſcendente. ¶ Pars dilectionis & gaudij accipitur in die ac nocte a Venere in Saturnū. & proijcitur ab aſcendente. ¶ Pars ſciētiæ eſſe filiorum accipitur in die ac nocte a luna in Venerem. & & proijcitur ab aſcendente.

SExta domus eſt pars īfirmitatis & azemena. i. debilitatis inſeparabilis alicuius membrorum: accipitur in die a Saturno in Martem: in nocte e conuerſo. & proijcitur ab aſcendēte. ¶ Pars ſeruorum accipitur in die a Mercurio in lunam: & in nocte e cōuerſo. & proijcitur ab aſcēdente. Et dixit Alendezgod accipitur in die a Mercurio in partem fortunæ: & in nocte e conuerſo. Et dixit: oportet vt vtamur vtriſq; partibus inſimul.

SEptima domus eſt pars deſponſationis virorum ſeu coniugij: & accipitur in die ac nocte a ſole in Venerem. & proijcitur ab aſcendente. Et hæc pars ſimilis eſt parti mandatorum & rumorum. Et pars deſponſationis mulierum vel coniugij ab Hermete: accipitur in die ac nocte a Venere in Saturnum. & proiicitur ab aſcendente. Et hæc pars congruit parti cultus terræ. ¶ Item pars deſponſationis mulierum ſecūdum Vellium accipitur in die ac nocte a ſole in Martem. & proiicitur ab aſcendēte. ¶ Pars delectionis ac voluptatis accipitur in die ac nocte a Venere in gradum ſeptimæ. & proiicitur ab aſcendente. ¶ Pars nuptiarum accipitur in die ac nocte a Saturno in Venerē. & proiicitur ab aſcendente.

OCtaua domus eſt pars mortis & accipitur in die ac nocte a luna in gradū & minutū domus octauæ: & additur deſuper q̄ ambulauerit Saturnus in ſigno ſuo. & proiicitur ab initio ſigni Saturni. ¶ Pars planetæ qui interficit: accipitur in die a domino gradus aſcendentis in gradum lunę: & in nocte e cō uerſo &c. ¶ Pars anni in quo timetur nato mors: & paupertas/ impedimentum ac deſtructio: accipitur in die ac nocte a Saturno in in gradum domini domus coniunctionis vel p̄uentiōis quæ fuit ante natiuitatem &c. ¶ Pars ligationis & carceris: & vtrum liberetur ab eo vel non: accipitur in die a Saturno in partem fortunæ & in nocte e conuerſo.

NOna domus eſt pars peregrinatiõis: accipitur in die ac nocte domino domus nonæ in gradum & minutum domus nonæ. & proiicitur ab aſcendente. ¶ Pars itineris per aquam: accipitur in die a Saturno in. 15. gradũ ſigni caneri: & in nocte e cõuerſo &c. Quod ſi fuerit Saturnus in. 15. gradu cancri: erit gradus partis gradus aſcendentis. ¶ Pars religionis accipitur in die a luna in Mercurium: & in nocte & e cõuerſo. & proiicitur ab aſcendente.

DOmus decima pars regionis & regni: & quid operis faciat natus: & accipitur in die ac nocte a Saturno in lunã & proiicitur ab aſcendente. ¶ Pars regis atq; regni accipitur in die a Marte in lunam: in nocte e conuerſo. & proiicitur ab aſcen. & eſt alia pars ſimilis parti patrum ¶ Pars operis & regni ſecundum Vellium accipitur in die ac nocte a ſole in gradum medii cœli: & proiicitur ab aſcen. ¶ Pars ſignificans vtrum ſit cauſa regni aut non: accipitur in die ac nocte a ſole in gradu medii cœli. & proiicitur a Ioue. ¶ Pars Martis accipitur in die a Venere in lunam: & in nocte e conuerſo. & proiicitur ab aſcendente.

VNdecima domus eſt pars amicorum: & accipitur in die ac nocte a luna in Mercuriũ: & proiicitur ab aſcen. Et dixit Alẽdezgod accipitur in nocte e conuerſo. ¶ Pars ſignificans effectum amicorum & amicicię: accipitur in die a parte fortunæ in partem futurorum: & in nocte e couerſo & cætera.

DVodecima domus eſt pars inimicorum ſecũdum Hermetem: & accipitur in die ac nocte a domino domus inimicorum vſq; in gradum & minutum domus inimicorum. & proiicitur ab aſcen. Et ſecundum quoſdam antiquorum accipitur in die & in nocte a Saturno in Martem &c. & hæ ſunt partes 12. domorũ &c. ¶ Hę ſunt alię partes quibus vtuntur magiſtri iudiciorum aſtrorũ multum. Ex quibus eſt pars quæ ſignificat mẽdacium rumorũ quando ceciderit in ſignũ tortuoſum vel mobile: aut dominus domus fuerit retrogradus vel impeditus: aut aſpexerint eũ mali vel ei ſint cõiũcti. Et ſignificat veritatẽ rumorũ eorũ ſi ceciderit cũ fortunis aut in domibus ſeu terminis earũ: vel aſpexerint eũ aut fuerint in ſigno directo: & accipitur in die a Mercurio in Venerẽ: in nocte e cõuerſo. & proiicit &c Et ſecũdũ Albumazar in die a Mercurio i lunã & in nocte e cõuerſo &c. ¶ Pars ratiõis & profunditatis ſenſus accipit in die a Saturno in lunã: & & in nocte e cõuerſo. &c. ¶ Pars ſapiẽtię & diſciplinę accipitur in die ac nocte a Saturno i Iouẽ & proiicit &c. ¶ Pars guerrę & prę liorũ accipit in die ac nocte a Saturno in lunã: & proiicit ab aſcẽ.

¶ Pars pacis & concordiæ exercituum accipitur in die ac nocte a luna in Mercurium. & proiicitur ab aſcendente. ¶ Pars aſpiciẽ di in reuolutione anni: accipitur in die a luna in Venerem: & in nocte e conuerſo. & proiicitur a ſole.

¶ De partibus reuolutionum in cauſis regnorum.

ET quia auxiliante deo introduximus has partes quæ conueniunt in rebus particularibus: proſequamur partes quæ conueniunt in reuolutione annorum mundi & cõiunctionum ſignificantium cauſas regni/ & ſtabilitatẽ ſeu durationẽ eius. Ex quibus eſt pars quæ dicitur pars regni ſeu imperii quæ exercetur in reuolutione mundi: accipiturq; a Marte in lunam. & proiicitur ab aſcendente coniunctionis quæ ſignificat mutationem regni Sic quoq; alio modo accipitur. ſ. gradu aſcendentis cõiunctionis in gradum coniunctionis. & proiicitur a gradu aſcendentis reuolutionis. Item fit alio modo: accipitur a gradu medii cœli reuolutionis vſq; ad ſolem. & proiicitur a Ioue. i. a gradu Iouis. ¶ Pars temporis regis: ideſt q̃diu debet durare: accipitur hora electiõis regis a ſole in. 15. gradum ſigni leonis. & proiicitur a luna. deinde accipitur a luna in. 15. gradũ ſigni cancri. & proiicitur a ſole. Alia pars de tempore electionis regis: accipitur hora electionis regis in die a Ioue in Saturnum: & in nocte e conuerſo & proiicitur ab aſcendente reuolutionis anni in quo ſurrexerit rex. q; ſi fuerit Iupiter in ſigno communi & fuerit reuolutio diurna: fueritq; Iupiter cadens ab angulis: tunc accipitur a Saturno in Iouem: & addunturdeſuper. 30. gradus. & proiicitur ab aſcendẽte. Si vero Saturnus & Iupiter fuerint ſibi oppoſiti & fuerint ambo cadẽtes ab aſcẽdẽte: mediatur quod exierit inter eos. i. accipiaẽ medietas graduũ qui ſunt inter eos: & proiicitur ab aſcendente. Et ſi fuerit Iupiter in exaltatione ſua: & fuerit reuolutio in nocte: numeratur ab eo in Saturnum. & proiicitur ab aſcendente.

DVæ partes maxime ſunt ex quibus extrahetur tempus electionis regis & eius durationis. ¶ Prima earum eſt vt aſpicias horã electionis regis/ qua peruenit profectus anni a coniunctione triplicitatis: quę ſignificauit ſectam ex numero quo datur omnibus. 30. gradibus annus: & omnibus gradib⁹ duobus cum dimidio menſis vnus. & cum ſciueris in quo gradu vel ſigno ſit/ hic ſerua eũ: quia hic eſt locus a quo ęquabis primã partem: & cum volueris aptare eum/ aptabis aſcendens reuolutionis anni in quo ſurrexit ipſe electus: poſt hoc aſpice a planeta orientali a ſole ex Saturno & Ioue in ipſo anno vſq; ad gradum ęquationis partis primæ quã ſeruaſti. & proiice ab aſcendẽte reuolutiõis ãni: & quo peruenit numerus/ ipſe eſt locus primę partis. ¶ Pars

ſecunda ſic inuenitur: accipe in coniunctiõe in qua ſurrexerit rex vel cœpit regnum: ad quod ſignum vel gradũ peruenit profectio anni ex numero quo datur omnibus 30. gradibus annus &. 2. gradibus cum dimidio menſis vſq; ad diem quo ſurrexerit rex: & ipſe erit locus æquationis ſecũdę partis. ſerua quoq; eum: poſt hoc aſpice a planeta occcidentali a ſole ex Saturno & Ioue vſq; ad locum æquationis partis ſecundæ quam ſeruaſti. & proiiceeũ ab aſcẽdẽte reuolutiõis: & quo peruenerit erit locus partis ſecundæ. hę ſunt partes quæ ſignificant fortitudinem regis & eius durationem.

ITem ſunt aliæ partes quibus vtuntur in reuolutionibus annorũ mũdi: & ſcitur per eas quid graue de rebus in foro: & quid erit leue in pretio: quidve pretioſum ſeu vile: multum ſeu parũ: hoc eſt vt aſpicias vbi ceciderit pars ideſt in cuius planetæ domo exaltatione termino vel triplicitate: qui planeta ſi fuerit retrogradus vel cõbuſtus vel in malo loco: vileſcit illa res & erit parui prętii. Si vero fuerit in loco fortitudinis aut in angulo & maxime in medio cœli grauabitur illa res & erit magni pretii: & ſi peruenerit dominus domus ad locũ deſcenſiõis ſuę: vileſcit illa res. & aſpice aſpectus fortunarum & planetarum malorum ad ea necnon & ad lunam & dominũ eius: & vide quo modo & quis aſpiciat ipſam partem. ſi fortuna & luna aſpexerint illam partẽ/ multiplicabitur illa res: & ſi aſpexerint eam/mali detrimẽtum patietur. ☾Pars diſpoſitionis anni a luna in Mercurium. ☾ Pars aquę: a luna in venerẽ. ☾Pars hordei: a luna in Iouẽ. ☾Pars ciceris quod eſt quoddam genus leguminis: a Venere in ſolem. ☾Pars lẽtis: a Marte in Saturnum. ☾Pars fabarum a Saturno in Martem. ☾Pars almuſi ideſt milii a Saturno in Martem. ☾ Pars ceparum a Saturno in Martem. ☾Pars tritici a ſole in Martem. ☾Pars nucum a Mercurio in Martem. ☾Pars zaccari a Mecurio in Venerẽ. ☾Pars dactylorum a ſole in Venerẽ. ☾Pars mellis a luna in ſolem. ☾Pars alroz i. ris quod eſt genꝰ farris a Ioue in Saturnũ. ☾Pars oliuarũ a Mercurio in lunã. ☾ Pars vuarũ a Saturno in Venerẽ. ☾Pars bombicis a Mercurio in Venerẽ. ☾Pars alonicẽ. i. ſiſami quoddã genus ſeminis albi/ in ſimilitudine ſeminis lini: & vtuntur eo medici. fit autem ex eo vnguentũ vtile a Mercurio in Iouẽ vel a Saturno in Venerẽ. ☾Pars quæ ſunt albuceflex ideſt melones: qui ſunt magni & crocei: a Mercurio in Saturnum. ☾ Pars ciborum acrium a Saturno in Martem. ☾Pars ciborum dulcium a ſole in Venerem ☾ Pars ciborum ſaporis apii vel huiuſmodi herbarum ſaporem habentium: a Marte in Saturnum. ☾ Pars ciborum amarorum a Mercurio in Saturnũ. ☾Pars medicaminum acriũa Saturno in Iouem. ☾Pars medicaminum ſalſorum a Marte in lu-

nam. ¶Pars medicaminum venenatorum a genzahar: ideſt a capite draconis in Saturnum & proiiciantur vniuerſa hęc ab aſcendente reuolutionis anni. Hęc ſunt vniuerſa quę ceciderunt nobis ex partibus. introduximus quoq; has partes nouiſſimas/ etſi eſt in eis narratio debilis: ne dimitteremus aliquid quod poſſet eſſe introductoriū ad magiſteriū iudiciorū aſtrorū quī proferam⁹ illud.

Ta bula amicicię & inimicicię ſignorum.

Amici.	♈	♉	♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒	♓	Inimici.
	♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒	♓	♈	♉	
	♍	♐	♑	♒	♓	♈	♉	♊	♋	♌	♍	♊	

¶COMMMENTVM IOANNIS DE SAXONIA SVPER TEXTV ALCABITII.

VIR SAPIENS DOMINABItur aſtris: Dicit Ptolemęus in ſapiētiis Almageſti. Et poteſt declarari ſic. Ille dominabitur aſtris: qui effectus prouenientes ex ipſis aſtris poteſt impedire vel prohibere. ſed hoc poteſt facere vir ſapiēs. quare &c. Maior eſt manifeſta: quia ille dominatur alteri qui poteſt ſibi dicere fac hoc & facit: & dimitte hoc & dimittit. Minor probatur autoritate Ptolemæi in quinta propoſitione centiloquii vbi dicit. Optimus aſtrologus multum malū prohibere poteſt/ quod ſecundum ſtellas venturum eſt cū eius naturam pręſciuerit. ſic enim pręmuniet eum cui malum venturum eſt/ vt cū venerit poſſit illud pati. Et confirmatur autoritate eiuſdem in propoſitione octaua eiuſdem: vbi dicit. Anima ſapiens ita adiuuabit opus ſtellarū quēadmodum ſeminator fortitudines naturales. ¶Sed aduertēdū eſt de modo per quē ſapiens poteſt impedire vel adiuuare opus ſtellarū. Certum eſt ♃ nos nō poſſumus ſimpliciter impedire influentiā cœleſtem ſicut nec combuſtionem ignis: ſed poſſumus diſponere paſſum ad recipiendū alio vel alio modo influentiā cœleſtē. Videmus enim ♃ idē calor ſolis glaties diſſoluit & cōſtringit lutū. Ponit Haly de hoc familiare exemplū in commento pręallegatę propoſitionis. Optimus aſtrologus &c. Dicēs: ſi ſciuerimus ♃ debeat alicui euenire ęgritudo calida & ſicca de natura Martis: poterimus ipſum ante aduentū illius influētię mutare ad oppoſitum. ſ. ad frigiditatem & humiditatem: & ſic influentia quæ deberet ſibi facere ęgritudinem reducet ipſum ad temperamentū. ¶Patet etiā cuilibet ♃ poſſumus impedire actio-

nem ignis ne cõburat aliquod cõbuſtile determinatum. ſ. remouẽ-
do ipſum ab igne vel proiiciendo aquã ſuper ipſum. ¶ Cũ igitur
ſciẽtię diuidãtur ſecundũ diuiſionem rerũ de quibus ſunt: & qui-
libet dicatur ſapiens in ſciẽtia ſua: accipiẽdo large ſapientiam pro
ſciẽtia ſicut accipit Albumazar ĩ multis locis ſui introductorii. At
videamus de quibus ſapiẽtibus ſint dicta verba propoſita: poſſu-
mus diſtinguere inter ſapiẽtes & ſapientes modo quodã vniuer-
ſali. ¶ De numero igitur ſapientũ quidã ſunt ſapiẽtes veraciter:
quidã apparenter. Hanc diſtinctionẽ tangit Ariſtoteles in primo
elenchorũ: vbi dicit. Quidã ſunt pulchri propter decorẽ: quidam
autẽ fingunt cõponẽtes ſe. Et iſti ſ. apparẽter ſapiẽtes ſunt bipar
titi. quoniã quidã eorum apparent ſapiẽtes ſolum ſecundũ ęſtima
tionem vulgi: ſicut diuites huius mundi. & quidã apud prouectos
ſicut ſophiſtę. Primi ſunt habẽtes diuitias huius mũdi: de quibus
dicit Albumazar in introductorio ſuo magno vbi loquitur de ſe-
ctis contradicẽtibus aſtronomię. Et ſunt illi de noua ſecta. Dicit
ibi Albumazar: Dignior apud vniuerſitatem vulgi eſt cui fuerit
plus ſubſtãtiæ. ſicꝙ fit quia dignitas ſubſtãtiæ apud ipſos eſt plus
dignitate ſciẽtię. Et dicũt ꝙ cum fuerit homo habẽs ſubſtantiam
non impedit eũ ſi fuerit imperitus in ſcientia aſtrorũ & medicinę
& cæterarũ ſcientiarũ: probantes probatione falſiſſima: quia pro-
bant ſcientiã per ſubſtantiã. Et hæc probatio erroris eſt probatio
falſiſſima: quia res probãtur per genus ſuũ. i. per cõſimile. i. ſapiẽ-
tia per ſapiẽtiã/ ſubſtãtia per ſubſtãtiã: & non probãtur per nõ cõ-
ſimile ſibi. ergo nõ probatur ſapiẽtia per ſubſtãtiã. Alii apparent
ſciẽtes vel ſapiẽtes apud aliqualiter prouectos ſicut ſophiſtę. De
quibus dicit Ariſt. in primo elẽchorũ. quibuſdã magis operępre
tiũ eſt videri & nõ exiſtere/ q̃ exiſtere & nõ videri: & magiſter Ala
nus de inſula loquẽs: de eis dicit. Huiꝰ ſcholas viſitãt paupes legi
ſtę: Veras lites agitãt: fiũt agoniſtæ. Hic probat hic ĩprobat: huic
cõcluditiſte. Atꝙ duo cẽtum cõclamãt ore ſophiſtę. Vere ſciẽtes
differũt ſecundũ magis & minus certũ: vt dicit Cõmẽtator ſecũdo
metaphyſicę. Sciẽtię mathematicæ ſunt in primo gradu certitudi
nis: Naturales vero ſequuntur eas. Iſti minus certi ſcilicet logici
& naturales non tranſferentes ſe ad alias ſcientias/ non habent de
philoſophia niſi verba: de iſtis etiam dicit magiſter Alanus. Iſte
ſemper clamitat & argumẽtatur: dũ Ariſtotelicas latebras rimatur.
Sed ſi quęras qualiter aut quid epulatur: Mens ſtudio viuit ſed vẽ
ter philoſophatur. Magis certi ſunt mathematici. Et illi ſunt bipti
ti. quoniã quidã eorũ ſtudẽt in motibus tãtũ & nõ curãt de iudi-
ciis: vel negãt ea. Et iſti ſunt de quibus dicit Albumazar in quarta
&quita ſecta cõtradicẽtiũ iudiciis ſcdm ꝙ videbiť poſtea. Secũdi

autem ſtudēt in motibus & in iudiciis: de quibus dicit Alanus/lo quens de ipſo Albumazar. Illic aſtra polos cœlum ſeptemq; plane tas Cōſulit Albumazar: terriſq; reportat eorum Conſilium: armās terras firmanſq; caduca. Contra cœleſtes iras ſuperūq; furorem. De iſtis Ptolemęus dicit verba propoſita. Vir ſapiens dominabi tur aſtris. In quibus verbis Ptolemęus tāgit tres proprietates vel conditiōes: quas debet verus philoſophus habere & maxime aſtro nomus: ſecundū quas/tria genera hominum ab aſtronomia repel luntur. Prima conditio eſt ſtabilitas intentionis. Secunda eſt habi litas diſpoſitionis. Tertia eſt abdicatio terrenæ poſſeſſionis. Pri mam tangit cum dicit vir. Secundam cum dicit: ſapiens. Tertiam cum dicit: dominabitur aſtris. ¶ Quantum ad primam conditio nem dicit Ptolemęus in prima propoſitio ne centiloquii. Scientia ſtellarum ex te & ex illis eſt. Et Haly in commento eiuſdem dicit. Qui res futuras ſcire deſiderat: duabus viis oportet incedere. Vna vt aſpiciat motum ſtellarum & opera quæ fiunt in rebus ſecundū motum earum. Et aſpiciat libros quos antiqui ſcripſerūt de ſigni ficatione motuum ipſarum: & adiungat his quæcunq; probauit in tempore ſuo. Cum ergo magnus ſit labor in aſpiciendo motus ſtel larum nō poteſt aſtronomus eſſe effœminatus nec remiſſus. Et cū multum tempus requiratur ad reſpiciendum libros antiquorum: non poteſt eſſe vagabundus. Oportet ergo vt aſtronomus ſit fir mus & ſtabilis in meditatiōe. Et ſic effœminati & remiſſi ab aſtro nomia ſunt repulſi. ¶ Quantum ad ſecundam conditionem di cit Ptolemęus in ſeptima propoſitione centiloquii. Nemo poterit dare certa iudicia ſecundum ſtellarum complexionem: niſi homo qui vim animę & complexionē naturalem bene cognouerit. Vult ergo q̄ homo naturaliter debet eſſe diſpoſitus ad iſtam ſcientiam qui debet proficere in ea. Hoc: ſecundū q̄ mihi videtur: habet iſta ſcientia præ omnibus ſciētiis. Vidi enim bonos clericos in logica & in naturali philoſophia: qui nullo modo poterant aliquid cape re de aſtronomia: immo nec algoriſmū. Patet ergo q̄ naturaliter indiſpoſiti repulſi ſunt ab aſtronomia. de quibus Albumazar facit ſectam ſecundum q̄ videbitur ſtatim. ¶ Quantum ad tertiam con ditionem dicit Haly in commento primæ propoſitionis centilo quii. Quia oportet nos ſollicitos eſſe circa mūdana: aufertur a no bis futurorū cognitio: ſed ſi a mūdanis omnibus ſepararemur/ poſ ſemus futura prænoſcere. ſicut videmus eremitarum q̄ plures qui futura prędicunt. Et epilepticorum quidam dū epilepſia tor quentur futura prædicunt: quia tunc corporeis ſenſibus non vtun tur ſed ſola vi animæ. Patet ergo q̄ philoſophus non debet eſſe di nes teſte philoſopho ſeptimo politicę. Non oportet philoſophum

eſſe dominum terræ & maris: ſed ſufficit vt habeat famulnm mini
ſtrantem ſibi olera. Et ſic habentes diuitias huius mũdi ab aſtro-
nomia ſunt repulſi. Quod aduertens Socrates aurum proiecit in
mare ſicut narrat Valerius. Iſta conditio nõ placet multis: nec etiã
mihi. ¶ Quantũ ad iſtas cõditiones cõſolatur nos Albumazar in
introductorio: & ſpecialiter quantũ ad vltimã: quia mutat eã ad
oppoſitũ: Dicit ſic. Et fortaſſis nõ ſufficiũt aliq ad ſapientiã huius
magiſterii dum aſpiciunt in quibuſdam rebus peruenire ex verita
te & comprehenſione earum ad hoc vt poſſint errorem a ſe repel-
lere propter breuitatem exercitii eorum in cognitione omnium re
rum. quarum cognitio neceſſe eſt illis in illa eadẽ intentione: quã
tum ad primam conditionem. Et paucis interpoſitis dicit. Et ho-
mines ſubtiles & profundę ſapientię forſitan non ſufficiunt multi
eorum qui vtuntur eis comprehendere eas: cumq; fuerit ſcientia
huius magiſterii cęterorumq; magiſteriorum quę neceſſaria ſunt
in pręſentia rerum prę profunditate quam diximus a ſenſibus lon
ginqua. ¶ Quantum ad ſecũdam cõditionẽ: Tunc cõſolatur nos
& dicit. Non debet annullari quod ex eius ſciẽtia poteſt pertingi:
propter illud quod non poteſt pertingi. Et paucis interpoſitis: di-
cit. quia modicum ſapientię/ multi profectus. Et in hoc mutat ter
tiam conditionem ad oppoſitum. Et probat q; maior vtilitas ſit in
aſtronomia q̃ in aliqua alia ſcientia. Et ſi contingat in ea error to
lerabilior eſt & minus nocet q̃ in cæteris ſcientiis. Et dicit ſic. Vi
demus namq; medicos errare in pręſcientia infirmitatum & mor-
borum: dum prędicunt quæ accidunt infirmo ex grauitate morbi
& eius leuitate & ex celeritate ſanitatis & eius tarditate: eius quoq;
ſanitate vel morte. ſed illud modicum erroris medicorum nõ im-
pedit eos ab appetitu ſui magiſterii & ab eius diſpoſitione & exer
citio: nec generatur reprehenſio vel dubium hominum erga eos
qui viderunt ex modico erroris in ſuo magiſterio quærere vtili-
tatem & profectum per eorum curationem/ & acquieſcere eorum
medicaminibus. Similiter & diſpoſitores nauium non dimit-
tunt magiſterium ſuum: nec dimittũt homines curſum maris pro
pter modicum erroris nautarum. Similiter cæterarum ſapientia-
rum & magiſteriorum autores vix poſſunt euadere accidentia er
roris ſeu aduentum alicuius impedimenti quod euenit eis: ſed pro
pter hoc non annullatur eorum magiſterium. Et horum omnium
quæ diximus error/ impedimẽti plus eſt q̃ error aſtrologorũ. quia
medicus cum errauerit in pręſcientia infirmitatum/ aut curatione/
aut in medicaminibus: fortaſſis erit hoc cauſa perditionis anima-
rum. ¶ Et cum errauerint nautę: fortaſſis erit hoc cauſa perditio-
nis nauium & earum naufragium & eorum qui in eis ſunt interi-

tus. Et ſi errauerint paſtores & conceptionis animalium autores: erit hoc fortaſſis prouocatio perditionis eiuſdem generis animalium. At vero ſi aſtrologi erauerint: hoc magis aſcribitur ignorãtiæ aſtrologi in pręſcientia rei: omittit enim inquiſitor pręcauere horribilia anteq̃ veniant. & propter hoc fortaſſis erit illis dimiſſio cautelę prouocatio eorundem horribilium aduenientium. & fortaſſis erit in eis perditio & fortaſſis non. In cæteris autem magiſterijs non eſt ita: quia maxima pars erroris eorum autorum eſt perditio & impedimentũ abſq; dubio. Et in hoc quoq; quod diximus dignitas & dignitatibus ſcientiæ aſtrorum: ſi ergo eſt magiſteriũ aſtrorũ dignius ac nobilius cæteris magiſterijs: & ſemita eius magiſterij / in errore in quibuſdam horis eſt infra ſemitam cæterorum magiſteriorum. & eorum errore ſanior & minus impedimenti eorum veritas eſt maioris proficui. quare æquum eſt quantũ decet omnes homines intellectuales & ſapientes recipere aſtrologos & vti eis & acquieſcere veritati eorum in his quæ dicũt. Hæc autem ſciẽtia / maxime illa pars quę eſt de iudicijs multos habet ęmulos & aduerſarios. Quod aduertens Ptolemęus in quadripartito ſuo confirmat iudicia aſtrorum: & Albumazar in magno introductorio ſuo. & conueniunt ambo in modo cõfirmandi: niſi q̃ Albumazar plura ponit q̃ Ptolemæus / & pluribus vtitur rationibus. Ambo in confirmando iudicia incipiũt ab opere ſolis. Dicit enim Ptolemęus in tredecima propoſitione primæ partis. Quoniam ſol cum aere operatur in rebus omnibus exiſtentibus in terra. Et Haly in cõmento exponens verba Ptolemęi: dicit. Ptolemęus vult nobis oſtendere q̃ ſphæra ignis & aeris quæ mutantur per corpora cœleſtia: mutant res omnes quæ ſunt in terris Et Haly in commẽto ſecundæ propoſitionis eiuſdem: dicit q̃ radices huius ſcientiæ ſunt adeo manifeſtę / q̃ populares nihil ſcientes / ſciunt & intelligũt eas / inſpiciendo & experiendo ipſas. Et Ptolemęus in. 21. propoſitione dicit q̃ neſcij populares ſciũt res anteq̃ accidant. Et q̃ magis eſt dicit ipſe q̃ animalia muta ſciunt res anteq̃ accidant. Albumazar etiam confirmat ſcientiam iudiciorum per multas rationes quas nunc omnes narrare eſſet valde longũ. Specialiter autẽ Albumazar diſputat contra negãtes iudicia aſtrorũ & diuidit ipſos in 10. ſectas. Et tangam breuiter de qualibet ſecta duo aut tria verba. ¶ Prima ſecta dicit q̃ planetis non eſſet aliqua ſignificatio ſuper res quæ fiunt in hoc mundo quę eſt ſub circulo lunæ. Quibus dicit Albumazar q̃ omnes philoſophi cõcordati ſunt / q̃ omnis ſubſtantia quæ mouetur motu naturali: efficit in eſſentijs rerũ ſibi cõiunctarum per naturam conuerſiões naturales: & hoc declarat in actione ignis. Sed corpora cœleſtia mouentur motu naturali: ideo

efficiunt in quatuor elementis ſibi coniunctis per naturam cõuerſiones naturales. Hanc rationem innuit Albumazar in multis ver bis Poſſet etiam aſſumi contra illam ſectam dictũ Ariſtotelis primo metheororum Neceſſe eſt mũdũ inferiorem contiguũ eſſe lationibus ſuperioribus: vt tota eius virtus inde gubernetur. ¶ Secunda ſecta eſt eorũ qui dixerunt ꝙ planetis eſſent ſignificationes tantum ſuper res vniuerſales: vt ſunt quatuor elemẽta: & ſunt genera & ſpecies. Contra quos Albumazar ponit inter alia talem rationem. Totum non eſt totum: niſi per partes ſuas: ergo ſi ſignificant ſuper totum ſcilicet ſuper ſpeciem: oportet ꝙ ſignificẽt ſuper induidua quæ ſunt partes ſpecierũ. ¶ Tertia ſecta eſt quorũdam diſputãtium qui dixerunt quomodo planetis nõ eſſet ſignificatio ſuper poſſibile: ſed ſolum ſuper neceſſarium & impoſſibile. Et dicit Albumazar ꝙ diſſoluit rationes iſtorum philoſophus: & affirmauit poſſibile per multas rationes. Et inter alias ponit illam quã ponit Ariſtoteles in primo peri hermenias. ſ. quod nõ oportet cõ ſiliari vel auxiliari. ¶ Quarta ſecta eſt quorũdam qui aſpexerunt in ſcientia totius quæ eſt ſciẽtia circulorum & eſſe eorum. Iſti dixerunt ꝙ planetis non eſſet ſignificatio ſuper res qnæ fiunt & eueniunt in hoc mundo ex indiuiduis animalium & ſeminum ac metallorum. Et ꝙ eorum ſignificatio eſſet ſuper corruptionem vel mutationem temporum tantum. Et dicit Albumazar ꝙ iſti nequiuerunt negare hanc quantitatẽ. ſ. mutationẽ tẽporũ eſſe ex fortitudine operis planetarũ: quia hoc ex eorũ operæ inuenitur & appareret: & eius repulſio eſt dedecus. Et poſtea arguit cõtra eos ex cõceſſis. ¶ Quinta ſecta eſt eorũ qui aſpexerũt in ſciẽtia totius & annul lauerũt ſcientiã iudiciorũ ex parte experimẽtorũ. Et dixerũt ꝙ iudicia aſtronomię nõ ſunt vera/ quia res pertingũtur per experimẽta & minus q̃ poteſt percipi: veritas rei per experimẽta eſt dũ inuenitur bis in vno eſſe Et hoc eſt impoſſibile in planetis: quia planeta cũ fuerit in aliquo loco ex ſignis & fuerint cæteri planetę aſpiciẽtes ipſum vel cõiũcti ei: nõ reuertũtur ad ipſum eſſe ex ſignis niſi poſt multa milia ãnorũ: & nõ peruenit vita vnius hominis ad tã tã quãtitatẽ annorũ: quo modo ergo eſt poſſibile homini vt inueniat planetas bis ſuper vnum eſſe quatenus probet ex reditiõe eorum ad loca eorum quid ſignificent. Quibus dicit Albumazar ꝙ antiqui nouerũt planetarũ naturas & eorũ ſignificationes ex multis reb⁹ & diuerſis. quarũ quędã ſunt particulares apparẽtes: quędã vero vniuerſales. ¶ Particulares apparẽtes ſunt quẽadmodũ in uenit ex operatiõe ſolis in calefactiõe: & Lunę/ĩ humiditate & putredie: & ex operib⁹ planetarũ ĩ corruptiõe & mutatiõe aeris in oĩ die ac nocte. Vniuerſales vero quẽadmodũ iuenit ex eorũ ſigni-

ficatione in reuolutione annorum mundi & natiuitatum. Et bre
uiter virtus verborum eſt ꝙ homo in modico tempore poteſt ex-
periri illa quæ communiter occurrunt: ſed quantum ad alia quæ
raro fiunt / ſicut ſunt coniunctiones magnę: debent nobis ſufficere
dicta prędeceſſorū noſtrorū. ¶ Sexta ſecta eſt quorundā arithme
ticorum qui pigritabāt aſpicere numerum ſtellarum & ęquationē
ipſarū ex libro in quo eſt ſciētia totius certiſſime: ideſt Almageſti
quem Ptolemęus edidit. ſed quęſiuerunt loca planetarum per di-
uerſas tabulas: & inuenerunt tabulas differre quantum ad loca pla
netarum. ideo dixerunt ꝙ iudicia non ſunt vera: ex quo non ha-
bentur vera loca planetarū. Quibus dicit Albumazar ꝙ aſtrono
mus cum de aliqua re voluerit iudicare: in hoc debet confidere / vt
aſpiciat naturas planetarum ac proprietates eorum & dominum
ſigni vniuſcuiuſq; eorum / & ſuę exaltatiōis: atq; dominos triplici
tatis ſuę. locum quoq; eius ex angulo & ſuccedentibus eius & ca-
ſu eius ab angulo & prędentia eius in domo ſubſtantię & domo fra
trum & cæteris domibus circuli: & poſtea iudicet. Gradibus vero
ſignorum eſt ſignificatio particularis qua vtūtur aſtrologi in qui-
buſdam rebus propriis. Si autem fuerit in loco planetæ error ex
minutis vel gradu vno: non impedit hoc magiſterium iudiciorū.
Et oportet eum qui exercet magiſterium iudiciorum cum dederit
ei calculator loca planetarum ex ſignis in quibuſdam temporibus
vt iudicet per ipſa loca in quibus ſunt planetę ſi ſignificent illud
vel illud. Certitudo vero gradus in quo loco ſint: ex ſignis ſuis ſe-
cundum veritatem erit ſuper calculatores & ab eis exigitur. Et
ponit exemplum de medicis / dicens: ꝙ medicus tenetur iudicare
naturam vniuſcuiuſq; medicaminis / & cui rei ſit vtilis: & quibus
infirmitatibus proficiat. Inquiſitio vero ſpecierum in regionibus
& earum tritura a medicis non eſt exigenda: ſed autoribus ſpecie-
rum. Ita eſt dicit ipſe de iudiciis aſtrorum. Ad illū qui exercet iu-
dicia pertinet ſolum defendere ꝙ planetæ ſignificant ſuper res
huius mūdi: & quid ſignificēt. & pertinet ad ipſum ſcire proprie-
tates & naturas ipſorum. Ad calculatorem vero pertinet verifica-
re gradus eorum. ¶ Septima ſecta eſt eorum qui repulerunt hanc
ſciētiam: eo ꝙ aſpexiſſent in ea & impoſſibile fuit eos peruenire ad
id quod voluerunt. Suntq; inuidentes huius magiſterii ſectatores
ſuper ſcientia eorum in ipſa: & repellunt ſcientiam magiſterii iudi
ciorum propter inuidiam. Iſtis non eſt contradicendum: vt dicit
Albumazar / cum ſit eorum negatio ad hoc magiſterium. Nam ne
gator non debet conſtringi: niſi per quod vincatur & cogatur ve
nire ad veritatem conſtantem. ¶ Octaua ſecta eſt quorundā qui
ſe iactant de medicinali ſcientia: vt acquirant per eam non autē

me dici probi & ſapiẽtes in magiſterio medicinæ qui iam legerũt libr os antiquorum in ſcientia medicinę:ac ſciuerunt radices magiſterij eorum/ & diuerſitatem elementorum ſeu temporum ac naturarum:corruptionem quoq; eorum & cætera quæ ſunt eis neceſſaria in magiſterio eorum ex rebus ſingularibus & rebus compoſitis. Iſti nouerunt dignitates ſcientię iudiciorum aſtrorum. Et ſciunt q̃ ſcientia aſtrorũ ſit principium ſcientiæ medicinę. Et vtũtur magiſterio iudiciorum in magiſterio medicinæ vſu frequenti in cognitione morborum & augumẽtatione eorũ & diminutione: & in temporibus curationis. Multiplicaturq; eorum recta intentio in magiſterio eorum : & liberantur infirmi per manus eorum: ac multiplicantur profectus hominum per eos. Quidam vero ex medicis ex his videlicet quorũ imperitia abundat: ratio autem abbreuiatur in ſcientia quorundam quæ neceſſaria ſunt illis ad hoc contendũt in magiſterio ſuo/ vt pręponant acquiſitionem & poſtponant ſcientiam : deniq; contradixerunt ſcientiæ iudiciorum & dixerunt q̃ non ſit motibus planetarum in hoc mundo fortitudo. Cõtra quos Albumazar allegat dictũ Hippocratis:dicens. Etiam dixit Hippocrates in libro aeris dũ mentionem faceret de diuerſitate aeris & elementorum ſeu naturarum:q̃ res quas diximus de diuerſitate aeris ſunt in ſcientia aſtrorum. Et q̃ ſcientia aſtrorum non eſt modica pars ſcientiæ medicinæ. ℂ Nona ſecta eſt vniuerſitatis vulgi. Et iſti diuiduntur in duas ſectas:quarum vna eſt eorum qui neſciunt dignitatem iudiciorum cæterarumq; ſcientiarũ neq; dignitatem pręſciẽtię rerum. digniorq; hominibus apud eos eſt cui fuerit plus ſubſtantiæ. De iſtis fuit prius dictum : Contra quos dicit Albumazar q̃ ſubſtantia & fortuna aptãtur ſapienti & inſipiẽti:forti quoq; & debili. & homo nõ eſt laudabilis ſuper hoc quod aptatur ei ex hoc:quia hoc non eſt aptatum ei per ſcientiam ſuam neq; per inſipientiam:neq; per fortitudinem ſeu debilitatem ſuam:ſed laudatur ſuper ſapientia & cognitione:quia dignitas hominis ſuper cætera animalia nõ fit niſi per ſapientiam & cognitionem/ & per cognitionem rerum quæ fuerunt & quæ futuræ ſunt. Et quibuſdam interpoſitis dicit q̃ dignius rerũ in homine eſt futurorum ſcientia. ℂ Decima ſecta eſt etiam vniuerſalis vulgi. Et iſti repulerunt ſcientiam huius magiſterij propter hoc q̃ viderũt de multitudine erroris eorum qui ſe iactant de ea:eo q̃ vulgus recipit res per cognitionem apparentię. Cumq; vidiſſent multitudinem erroris eorum qui ſe iactant de hac ſcientia in his quæ interrogantur ex ſcientia iudiciorum aſtrorum: mendacem eam putantes repulerunt:& referunt magiſtros huius ſcientię ad inſipientiã. & dixerunt q̃ eſt ſcientia caſſa. Dicit Albumazar q̃ iſti non ſunt

culpandi in contradictione magiſterioꝝ huius ſcientiæ. quia plurimi eorum qui ſe iactant de ea: ſunt homines inſipientes & imperiti atq; caduci. Et quibuſdã interpoſitis dicit q; iſti exercent ſub nomine huius magiſterij varias ſeductiones quibus ſeducunt homines debiles: vult dicere q; quidam operantur geomanticam: vel per ſortilegia ſub nomine huius ſcientiæ. Iſti non quærunt niſi lucrum . Et dicit cum iſti interrogantur de aliqua re: tendunt in reſponſionem ad rem qua gratulatur quærens: & ſibi congruit volentes eum lætificare cauſa cupiditatis ſuæ. Hæc ſufficiant de decem ſectis quas ponit Albumazar . ¶ Et poſſet addi vndecima ſecta. Et ſunt illi qui dicunt q; iſta ſcientia ſit contra fidẽ. Quibus dico q; ipſi non legerunt libros ſapientium antiquorum: quos ſi legiſſent/ ſcirent q; hæc ſcientia non eſt contra fidem: immo pro fide. Ponunt enim doctores huius ſcientiæ mundũ creatum quod eſt primum fundamentum fidei. Dicit enim Haly Albenragel in prima parte ſui libri/ in capitulo de natura Iouis: q; tempore quo deus incœpit creare mũdũ/ poſuit Iouem in aſcendente. Et Albumazar in introductorio ſuo dicit. Et dicamus primũ q; motus circuli fit a virtute primę cauſę. Et quibuſdã interpoſitis dicit Ecce qualiter pertraximus creatorẽ ex rebus apparentibus & notis quę pertinguntur ſenſibus: q; ſit ſempiternus/ habens virtutem abſq; eſſentia/ finis immobilis & incorruptibilis altiſſimus: ſit nomẽ eius benedictũ & exaltatum exaltatione maxima. ¶ De diuiſiõe aſtronomiæ expedio me breuiter/ & pono diuiſionem quã ponit Albumazar in introductorio ſuo magno. Duæ ſunt ſpecies aſtronomię: quarum vna eſt ſcientia totius .ſ. de circulis & motibus eorum. Secunda eſt ars iudiciorum aſtronomię. Hãc diuiſionem ponit etiã Ptolemęus in principio quadripartiti ſui. Et Haly in commento idem . Prima ſpecies eſt tradita perfecte & complete quantum ad principia & cõcluſiones a Ptolemęo in Almageſti. Vel poſſet prima ſpecies ſubdiuidi. Scientia de motibus eſt duplex: quædam eſt inſtrumentalis: quædam tabularis. Illa inſtrumentalis eſt duplex: quoniam quædam ſunt inſtrumenta ad obſeruandum ſiue inueſtigandum motus: ſicut ſunt regulę Ptolemæi armillę & conſimilia. Alia ſunt inſtrumenta pro operationibus quotidianis exercẽdis: ſicut aſtrolabium/ ſphæra ſolida/ & conſimilia. Secunda ſpecies ſcilicet ars iudiciorũ aſtrologię: & habet quatuor partes principales. Quarũ prima eſt de interrogationibus. Secunda de natiuitatibus. Tertia de reuolutionibus annorum . & hæc eſt duplex ſcilicet de reuolutionibus annorum mundi: & de reuolutionibus annorum natiuitatũ. Quarta de electionibus. De iſtis quatuor partibus Haly Abenragel fecit vnum librum completum. Ptolemæus autẽ in

quadripartito omiſit duas partes ſcilicet de interogatiõibus & horarum electiõibus. ſed Haly qui cõmẽtauit ipſum: excuſat ipſum/ dicens: ꝙ ſatis poſſunt haberi iſtę duę partes ex his Ptolemęus dicit ibidem. prętер iſtas ſunt quædam aliæ partes iudiciorũ ſcilicet de coniunctionibus magnis: de imaginibus: de ſigillis: de quibus parum vel nihil habemus. Aduertentes autem plurimi antiquorum & etiam modernorum ꝙ iſtę partes eſſent difficiles ad intelligendum: debentibus primo addiſcere illam ſciẽtiam fecerũt libros introductorios in quibus poſuerunt principia/ & expoſuerunt terminos quibus vtuntur magiſtri iudiciorum. Inter autem alios introductorios liber Alcabitij eſt magis approbatus apud modernos: Ideo dimiſſis alijs de ipſo ad præſens intendimus. His viſis ad literam deſcendamus.

POSTVLATA A DOMINO. In principio iſtius libri ſeptem poſſunt quæri. Primo quæ ſit intentio libri. Secundo quæ ſit vtilitas. Tertio quis ſit titulus libri. Quarto cui parti philoſophię ſupponatur. Quinto quando debet legi. Sexto de ſubiecto libri. Septimo de diuiſione libri. ¶ Intẽtio libri eſt patefacere ſcientiã vniuſcuiuſq; rei cuius ſciẽtia neceſſaria eſt incipienti addiſcere ſcientiã iudiciorum aſtrorum. Vtilitas eius patet: quoniã omnis qui vult ſcientiam iudiciorum incipere/ doctrina huius libri ſufficiens erit ei: quam ſi bene intellexerit/ poterit omnes libros iudiciorum per ſe intelligere. Titulus huius libri talis eſt. Incipiũt Iſagogę Alcabitij ad ſcientiam iudiciorum aſtrorum. Et debet legi ante omnem librum iudiciorum aſtrorum. De qua parte ſit/ patet ex præcedentibus. Eſt enim de parte ſcientiæ iudiciorũ aſtrorum. Subiectũ eius eſt illud quod ſubiectũ in tota aſtronomia iudiciali. ſ. corpus cœleſte inquantum per motum & lumen cauſat generationem & corruptionem in rebus exiſtẽtibus ſub orbe lunæ. Diuiſio libri patebit in proceſſu. Diuiditur autem iſte liber prima diuiſione in duas partes ſcilicet in partem procœmialem: & executiuam. Pars executiua incipit ibi: In nomine domini zodiacus & cætera. Pars executiua diuiditur in quinq; partes ſecundum ꝙ diuidit autor in litera quas vocat quinq; differentias: ſecundum ꝙ patebit ſtatim. Pars procœmialis poteſt diuidi in quatuor partes: quoniam in prima inuocat diuinum auxilium pro completione operis ſui: & cum hoc captat beniuolentiam regis ſui ad cuius inſtantiam forte hunc librum compoſuit. In ſecunda parte oſtendit cauſam ſui libri ſiue motus qui mouit eum ad faciendum hunc librum. In tertia parte excuſat ſe de rationibus. In quarta parte

ponit diuiſionem ſui libri. Secūda pars incipit ibi: cum vidiſſem. Tertia pars incipit ibi: & non introduxi. Quarta pars incipit ibi. Et diuiſi eum in quinq; differentias. Primo breuiter ſicut homo fidelis petit a deo prolixitatem vitæ: vt poſſit opus ſuum complere. Et petit durabilitatem honoris gladij regis & cuſtodiā operū ſuorum & ampliationem ſui imperij.

CVM VIDISSEM. Iniſta parte ponit cauſam q̄ mouit ipſum ad faciendum hunc librum. Et dicit q̄ cū vidiſſet multos antiquorum feciſſe libros introductorios ad ſcientiam iudiciorū aſtrorū & quoſdam ex eis nō poſuiſſe omnia neceſſaria ad introductionē & quoſdam nimis prolixe tradidiſſe ea quæ tradiderunt: & inter cōfuſa dicta eorum perijſſe. i. obſcurata eſſe illa quæ neceſſaria ſunt ad introductionem. Et etiā quoſdā non proceſſiſſe in dictis eorū ordine diſciplinę: pręponendo illa quę debent pręponi/ & poſtponendo illa quæ debent poſtponi: ſed feciſſe contrarium. Incœpit edere hunc librum & collegit in eo ex dictis antiquorum ea quæ erant neceſſaria ad introductionem: & inutilia omiſit.

ET NON INTRODVXI. Hic excuſat ſe de rationibus: & dicit q̄ non poſuit in hoc libro rationes quę eſſent neceſſarię ad defendendū quæ dixi: quia iſtę poſitę ſunt in libro Ptolemęi ſcilicet in quadripartito. Ibi enim Ptolemęus confirmat iudicia per multas rationes. Et dicit etiam ſe feciſſe vnum librum de confirmatione iudiciorum vbi poſuit rationes ad hoc ſufficientes.

ET DIVISI EVM. Hic ponit diuiſionē libri ſui. Et dicit q̄ diuiſit eum in quinq; differentias vt patet legendo literam.

IN NOMINE DOMINI. ZODIACVS. Finito procœmio incipit tractatus. Et poteſt diuidi in quinq; partes quæ ſunt quinq; differentię/ ſecūdū q̄ autor diuidit in litera. Prima differētia eſt de eſſe circuli ſignorum eſſentiali & accidētali. Secunda eſt de naturis ſeptem planetarū. Tertia quid accidit ſeptē planetis. Quarta de expoſitione terminorum ſiue nominum quibus vtuntur magiſtri iudiciorum. Quinta de proiectione partium. Secunda differentia incipit ibi. & quia auxiliante deo. Tertia ibi: Nam eſſe planetarum. Quarta ibi: Initium horum. Quinta ibi. & cū notaueri-mus. Prima pars diuiditur ī duas: quoniā in prima parte expedit ſe de eſſe circuli ſignorū eſſentiali. Secūdo de eſſe accidentali. Secunda ibi. Nam circulus figuratur in omni hora. Prima pars poteſt diuidi in quatuor partes. In prima determinat de diuiſiōe circuli ſignorum & his quę cōſequuntur ipſam diuiſionē. In ſecunda parte determinat de dignitatibus planetarū in ſignis. In tertia de de figuris ſignorum. In quarta quid habent ſigna ex membris

hominis/ & quid habent ex regionibus & plantis. Secūda pars incipit ibi:habent quoq; planetæ. Tertia ibi:ſequuntur has figurę ſignorum. Quarta ibi:& vnumquodq;. Prima pars poteſt diuidi in quinq;. In prima parte ponit diuiſionem circuli ſignorum. In ſecunda parte cōparat iſta adinuicem. In tertia cōparat ea ad quatuor tempora anni:& ad quatuor ętates / & ad quatuor humores. In quarta ponit ordinem planetarum: & exponit quomodo accipitur in. cum dicitur planeta eſt in ſigno. In quinta addit quiddam de capite & cauda draconis. Secunda incipit ibi:& ſex ex his ſignis ſunt ſeptentrionalia. Tertia ibi:& vocatur illa quarta. Quarta ibi. omnibus autē planetis. Quinta ibi:& ſignificatur etiam per caput & caudā. Primo dicit ꝙ circulus ſignorū diuiditut in duodecim partes ęquales quæ vocantur ſigna:& nominantur nominibus duodecim imaginum/ quę ſunt in ipſo circulo ſignorum:quæ ſunt: Aries taurus gemini &c. Et quodlibet ſignū diuiditur in triginta partes ęquales quę vocantur gradus. Et quilibet gradus diuiditur in ſexaginta & vocantur minuta. Et quodlibet minutum in ſexaginta:& vocantur/ſecunda. & quodlibet ſecundum in ſexaginta:& vocantur tertia. & quodlibet tertium in ſexaginta & vocantur quarta. & ſic vſq; in infinitum. ¶ Circa iſtam partem poſſunt moueri duo dubia. Primum eſt de numero ſignorum. Secundum de ordine. De numero ſignorum diſputat Albumazar dicēs. Quidam ex his qui diuerſa a nobis ſenſere contradixerunt dictis antiquorum in numero ſignorū. Et dixerunt cur putaſtis ꝙ ſigna ſunt duodecim nec plus nec minus. Quibus reſpōdet Albumazar/ dicens:ꝙ Aracis philoſophus patefecit. 48. imagines quę ſunt in circulo. i. in octaua ſphæra & earum nomina: & autorizauerunt eius ſententiā omnes ſapiētes antiqui:& concordauerunt cum eo ſuper hoc. Et duodecim ex his imaginibus ſunt in circulo ſignorum. Hac de eam dixerunt ꝙ ſunt duodecim. Aliam cauſam aſſignat Albumazar/dicens:ꝙ philoſophi inuenerūt quod omnes res quę fiunt & deſtruūtur in hoc mundo:ſunt cōpoſitæ ex elemētis: & omni īdiuiduo quod efficitur ex quatuor elemētis ſunt tria/ eſſe ſcilicet initium & finis. Quatuor igitur elementa multiplicata per tria faciūt duodecim:igitur ſigna ſunt duodeci. Tertia cauſa eſt. quia per motum ſolis fit generatio & corruptio in rebus inferioribus: & eius opus plus apparet in hoc mundo q̄ opus aliorum planetarum. Et ipſe rotatur in his duodecim imaginibus & ſunt ei locus. Et ſecundum decurſum eius in his duodecim imaginibus variantur tempora anni. Ideo philoſophi poſuerunt duodecim imagines digniores ſignificatione. Et attribuerunt eis ſignificationē vniuerſalem. Cæteris vero triginta ſex imaginibus attribuerunt

ſignificationē propriam. ¶ Secunda dubitatio eſt de ordine & de principio. Aliquis enim poſſet dicere quare incœperunt ab ariete: cum circulus non habeat principium neq; finem. Ad hoc dicit Ptolemæus in. 156. propoſitione primæ partis quadriparti ti: ꝙ ideo eſt principium ab ariete quia eſt ſignum maſculinū: & agēs eſt dignius paſſo & ęquinoctialis trāſit per ipſum: & ab inde .i. ab æquinoctiali incipit maior mutatio totius firmamēti. ¶ Sed aliquis diceret: per iſtam rationem videtur ꝙ initiū debeat eſſe a libra: quia eſt ſignum maſculinū & ęquinoctialis tranſit per ipſum & maior motus firmamenti eſt ibi. quare ergo incœperūt ab arietę potius q̄ a libra. Poteſt ſolui per dictum Ptolemęi in. 140. propoſitione primæ partis vbi dicit ꝙ principium in firmamento eſt ille locus in quo complexio temporis eſt humidior: ſicut prima ætas animalium eſt in qua complexio eſt humidior. Poſſet aliter dici quia ab ariete incipit generatio: a libra vero corruptio. ¶ De ordine diceret aliquis: quare poſuerūt taurū poſt arietem/ & deinde geminos: poſtea cācrum. Dicit Albumazar ꝙ quatuor ſunt qualitates ſimplices elementorum. ſ. caliditas ſiccitas humiditas & frigiditas. Et duæ ex iſtis ſunt ſicut agētia. ſ. caliditas & frigiditas: & aliæ duæ ſunt ſicut patientia ſcilicet ſiccitas & humiditas. Agētia autem ſunt digniora patientibus: ideo incœperunt ab agentibus. Et agentium vnū eſt principium generationis. ſ. caliditas: & aliud principiū corruptiōis ſcilicet frigiditas. Res autē prius generatur q̄ corrūpitur: ideo poſuerūt arietē in principio/ quod eſt ſignū calidum & ſiccū de natura ignis qui eſt primo calidus. Et poſuerūt cācrum in fine quod eſt ſignum frigidum & humidum de natura aquæ quæ eſt primo frigida. Et poſuerunt taurum poſt arietem: quod eſt ſignum frigidum & ſiccum de natura terræ/ quæ eſt primo ſicca: quia ſiccitas terræ conueniens eſt calori ignis. Et poſuerunt ſignum geminorum ante cancrum quia eſt ſignum calidū & humidum de natura aeris qui eſt primo humidus: & humiditas aeris eſt conueniens humiditati aquę. ¶ Ad euidētiam prędictorum eſt intelligendum ꝙ in octaua ſphæra ſunt quadraginta octo imagines: in quibus eſt concordia apud omnes antiquos ſicut dicebatur. & ſunt in eis. 1022. ſtellę quæ dicuntur ſtellæ fixę. & mouentur omnes vno motu. ſ. ad motū octauę ſphærę: in centū annis fere vno gradu. Et antiqui poſuerūt eas in ſex ordinibus: ita quod illas quæ ſunt maiores poſuerunt in primo ordine. & ſunt quinde cim. Et quæ ſunt infra has poſuerunt in ſecundo ordine. & ſunt 45. Et quæ ſunt infra has poſuerūt in tertio ordine. & ſunt. 208. Et quæ ſunt infra has poſuerunt in quarto ordine. & ſunt. 474. Et quæ ſunt infra has poſuerunt in quinto ordine. & ſunt. 217.

Et quæ ſunt infra has poſuerunt in ſexto ordine: & ſunt ſexaginta tria. Ex his. 48. imaginibus 12. ſunt in via ſolis ſicut dictū eſt: & ſunt in eis ex ſtellis. 346. Nomina earū imaginū ſūt aries taurus &c. Et remanent. 36. imagines: quarū. 21 declināt a via ſolis ad ſeptētrionē &. 15. ad meridiē. Quæ declinant ad ſeptentrionē habent ex ſtellis ſupradictis. 360. Et nomina imaginum ſunt hæc. Prima eſt vrſa minor. Secūda eſt vrſa maior. Tertia draco. Quarta dominus flammę vel ſuccēſus. Quinta canis latrans vel vlulās. Sexta corona ſeptētrionalis. Septima incuruatus vel genuflexus. Octaua vultur cadens. Nona Gallina. Decima ſedens ſuper ſedē. Vndecima deferens caput algol ideſt diaboli. Duodecima tenens habenas. 13. carpentarius. 14. ſerpens. 15. amiſator 16 aquila volans. alius liber habet vultur volans. 17. delphinus. 18. equus primus. alius liber habet caput equi. 19. equus ſecundus. alius liber habet equus alatus. 20. mulier quæ non nouit virum. 21. eſt triangulus. Quæ vero declinant ad meridiem habent ex ſtellis ſupradictis. 316. quarum imaginum nomina ſunt hæc. Prima earum eſt Marinusleo quem quidam vrſum appellant. 2. algebar. i. canis validus. 3. flumen. 4. lepus. 5. canis maior. 6. canis minor. 7. arca Noe. 8. ſerpens. 9. vas. 10 coruus. 11. deferens leonem: & ipſius medietas eſt humanę figuræ & altera equi. 12. leopardus 13. thuribulum. 14. corona meridionalis. 15. piſcis meridianus. ET SEX EX HIS SIGNIS. In iſta parte cōparat autor ſigna adinuicē. Et poteſt diuidi in tres partes. Primo cōparat ea quātū ad partes mundi: vel quantū ad declinationes. Secūdo quantum ad aſcenſiones. Tertio quantū ad qualitates. Prima in principio. Secūda ibi: & ſex ex illis dicuntur directe aſcendentia. Tertia ibi: & vocatur medietas. Prīo dicit ꝙ ſex ex prędictis 12. ſignis ſunt ſeptentrionalia: quia declinant a linea æquinoctiali verſus polum ſeptentrionalem ſcilicet a principio arietis vſq; ad finem virginis. Et alia ſex ſcilicet a principio libræ vſq; ad finem piſciū ſunt meridionalia: quia declinant ab æquinoctiali linea verſus polū meridionalem. Iuxta quā partem eſt intelligēdum ꝙ æquinoctialis eſt circulus quem deſcribit ſol raptu firmamēti. ſ. per motum diurnū quando eſt in primo puncto arietis: & eundem deſcribit in primo puncto libræ. Ideo vocatur a Ptolemæo æquatuor diei & noctis: quia tunc temporis dies & nox ſunt eiuſdem longitudinis per vniuerſum mūdum vbi ſol oritur & occidit. Hoc ideo dico quia duo ſunt loca in mūdo ſuper quæ ſol non oritur nec occidit quādo eſt in principio arietis vel libræ: quorum vnus eſt ſub polo arctico & alter ſub polo antarctico. ¶ Hic poſſet moueri illa quæſtio. Vtrum ſub æquinoctiali ſit habitatio. Videtur ꝙ nō. Nam vbi eſt

perpetua caliditas ibi nō eſt habitatio: ſed ſub ęquinoctiali eſt perpetua caliditas. ſol enim ſemper decurrit ſuper illā partē & modicum declinat ab illa. Item autor ſphærę dicit q̄ quinq; ſunt zonę in cœlo. quarum vna eſt torrida zona & illa ſecūdum eum eſt ſub æquinoctiali & ex vtraq; parte vſq; ad tropicos: & duæ ſub polis & duę medię. Ibi vult quod tres earum ſunt inhabitabiles ſcilicet torrida zona / propter nimium calorem: & duę exiſtentes ſub polis propter nimium frigus & alię duę ſecundum eum ſunt habitabiles quia temperatę. Breuiter ego credo cum Auicenna q̄ ſub æquinoctiali ſit habitatio & optima habitatio. Et breuiter pono vnam rationē quę mouit me. Ibi eſt optima habitatio vbi eſt maxima temperies: ſed ſub ęquinoctiali eſt maxima tēperies: ergo. &c. Maior eſt nota. Minorē declaro. ſub ęquinoctiali enim dies & nox ſunt ęquales ſicut dictum eſt: & tātum poteſt infrigidari aer in nocte ſicut calefit in die. Itē declinatio ſolis maxime variatur ibi: Mutatur enim declinatio in vno die per. 34. minuta ideo forte vix poteſt accidere quod ſol tranſeat directe ſupra capita eorum quia hoc non accidit niſi ſol intraret principium arietis vel libręrecte in meridie. Item ſol nunq̄ manet in eadem altitudine ſuper ipſos: ſed ſtatim in inſtanti ſi eſſet motus in inſtanti variatur altitudo. Ita enim velociter ſicut primum mobile mouetur accedit ad meridiē & recedit a meridie. Et vbi debet fieri magna calefactio: oportet quod radij infigantur per aliquod tempus: ſicut videmus in ſpeculo ardenti ſi moueretur ſpeculum non incenderet feſtucas vel aliam rem quæ opponeretur. Item planetæ frigidi refrenant ibi caliditatem calidorum: quia omnes ſemper ſunt ibi propinqui: q̄uis quidam dicant q̄ planetæ non cauſant frigiditatem ſed eorū frigiditas eſt calor minor. In veritate hoc non credo ſalua gratia illorum. Vidi enim quod eadem cauſa frigoris non facit tantū frigus in partibus multū ſeptentrionalibus quantum facit in minus ſeptentrionalibus. Poſſet etiam probari ratione. Si eſſet ita q̄ nullus planeta influeret frigiditatem ſed cauſaret caliditatem: ſequeretur q̄ prę ſentia Saturni in ęſtate ęſtas fieret calidior: quia tale additum tali: facit ipſum magis tale. ſed hoc non videmus quare &c. Et ſi diceret aliquis q̄ minor caliditas ſua temperat maiorem caliditatem ſolis: ſicut aqua tepida calidam. Hoc non valet: quia ibi fit mixtio materialis. in influētijs autem cœleſtibus fit mixtio virtualis. Et eſt imaginandum in influentijs de maiori calore & minori ſicut de duobus ignibus calefacientibus vnam ollam quorum vnus eſſet fortior alio. Certum eſt quod minor ignis non infrigidabit ollam nec impediet fortiorem ignem in calefactione ſua. Rationes in oppoſitū ſunt ſolutę: quia prima dicit q̄ eſt ibi perpetua

caliditas. Dico quod non eſt ibi perpetua caliditas quæ impediat habitationē. Autorem ſphæræ nego in propoſito quantū ad hoc.

ET SEX EX ILLIS DICVNTVR DIRECTE ASCENdentia. Hæc pars poſſet diuidi ſed non eſt vis. Dicit breuiter ꝙ 6. ſigna ex ſignis prædictis aſcendunt recte &. 6. oblique. Recte aſcendūt a principio cancri vſq; ad finem Sagittarij. Alia. 6. aſcēdunt oblique. Iſta habentur ex tractatu de ſphæra: ideo nō eſt hic ſtandum. Poſtea dicit ꝙ tortuoſe ſeu oblique aſcendentia obediūt recte aſcendentibus. Iuxta quod notandum: ꝙ ſi duo naſcantur in quibuſdam temporibus in quibus omnes aliæ ſignificationes ſunt pares quātum ad radicem ſuperiorem & etiā inferiorem: ſed vnus eorum naſcatur ſub ſigno directe aſcendēte & alter ſub ſigno obliquo vel tortuoſe aſcendente. ille qui natus fuerit ſub obliquo obediet alteri qui natus fuerit ſub ſigno directo: dum illa ſigna ſunt eiuſdem longitudinis a principio cācri. Verbi gratia. ille qui natus fuerit ſub geminis obediet ei qui natus fuerit ſub cancro: & ille qui ſub tauro ei qui ſub leone. & ille q ſub ariete ei qui ſub virgine & ſic de alijs. Poſtea dicit quod quælibet duo ſigna quæ ſunt eiuſdem longitudinis a principio arietis dicuntur concordantia: ſicut piſces & aries aquarius & taurus capricornꝰ & gemini & ſic de alijs. Et poteſt applicari ſicut prius. Et hoc eſt ideo quia aſcenſiones illorum ſignorum ſunt ęquales. Et hoc eſt quod dicit autor tractatus de ſphæra: quęlibet duo ſigna ęqualiter diſtātia ab alterutro punctorum æquinoctialium adæquantur in ſuis aſcenſionibus. Poſtea dicit quod medietas circuli quæ eſt a principio leonis vſq; in finem capricorni vocatur medietas maxima propter aſcenſiones. Et eſt medietas ſolis: quia leo eſt domus ſolis: & aſcēſiones incipiunt ibi notabiliter augmentari. Et ſol habet in tota illa medietate dignitatem ſicut planetæ in terminis ſuis. Et alia medietas eſt lunæ ſcilicet a principio aquarij. vſq; ad finē cācri: & illa vocatur medietas minima: eo ꝙ aſcēſiōes notabiliter incipiūt ibi nominari. Et luna habet ibi dignitatem quam ſol habet in maxima.

ET VOCATVR MEDIETAS. Hic comparat ſigna ad inuicem quātum ad qualitates in generali. Et breuiter dicit ꝙ medietas quæ eſt a principio arietis vſq; ad finem virginis eſt medietas calida: quia facit nobis æſtatem. Et alia medietas eſt frigida: quia facit nobis hyemem.

ET VOCATVR ILLA QVARTA PARS. Hic comparat iſta. 12. ſigna ad. 4. tempora anni: & ad. 4. ætates: & ad. 4. humores ſiue complexiones. Et dicit ꝙ quarta pars quæ eſt a principio arietis vſq; ad principium cancri eſt calida & humida ſicut ver & ſicut ætas puerilis & ſicut cōplexio ſanguinea. Et alia quarta pars

quæ eſt a principio cancri vſq; ad principium libræ/eſt calida & ſicca ſicut æſtas:& ſicut ſecūda ætas & ſicut complexio cholerica. Et alia quarta pars quæ eſt a principio libræ vſq; ad principium capricorni/eſt frigida & ſicca ſicut autumnus: & ſicut tertia ætas quę eſt principium diminutionis & ſicut complexio melācholica. Et quarta pars quę eſt a principio capricorni vſq; ad finem piſciū eſt frigida & humida ſicut hyems: & ſicut ætas vltima:& complexio flegmatica.

OMNIBVS AVTEM PLANETIS Hic ponit ordinem. 7. planetarum : & quomodo accipitur in:quando dicitur planeta eſt in ſigno:& patet in litera. Sed nota hic triplicem acceptionem ſigni ſicut ponit autor ſphæræ:& quia ibi inuenies non pono hic.

HABENT AVTEM PLANETÆ. Prius determinauit autor de diuiſione circuli ſignorū:& de quibuſdam quæ conſequuntur ipſam diuiſionem. Hic vult determinare de dignitatibus planetarum in ſignis. Et diuiditur in duas. Quoniam primo determinat de dignitatibus eſſentialibus. Secundo de accidētalibus. ſecūda pars eſt ibi:ex poteſtatibus quoq; planetarum accidētalibus in fine huius differentiæ. ¶ Prima pars diuiditur in duas: quoniam in prima facit quod dictum eſt/ſcilicet determinat de dignitatibus planetarū in ſignis. In ſecūda parte determinat de fortitudinibus quas habent in ipſis dignitatibus. Secūda ibi: & quia iam auxiliā te deo. ¶ Prima pars diuiditur in quinq; partes ſecundum quinq; dignitates : quoniam primo determinat de dignitate planetarum quæ vocatur domus. ¶ Secundo de dignitate quę vocatur exaltatio. ¶ Tertio de dignitate quæ vocatur triplicitas. ¶ Quarto de dignitate quæ vocatur terminus. ¶ Quinto de dignitate quæ vocatur facies. ſecunda ibi:hę ſunt exaltatiōes. tertia ibi : triplicitates ſic diſtinguimus. quarta ibi:habēt quoq; in vnoquoq; ſigno. quinta ibi:facies autem ſignorum. ¶ Prima pars poteſt diuidi in duas partes:quoniam in prima parte oſtendit quæ ſint domus planetarum. ¶ In ſecūda parte:quia quilibet eorum pręter ſolem & lunā habet duas domus:quarum vna eſt ei magis principalis: & illa vocatur gaudium: ideo oſtendit quę ſint illæ domus in quibus gaudent. ſecunda ibi:ſigna autem in quibus. Prima diuiditur in duas. Primo ponit determinandum de dignitatibus planetarum & ponit diuiſionem in litera. Secundo proſequitur ibi:domus hæ ſunt. Dicit q planetæ habent in ſignis prędictis quaſdā dignitates ſeu poteſtates per naturā/& quaſdā per accidēs. Quę ſunt per naturā ſunt:domus/exaltatio/triplicitas/terminus & facies. De his autē dignitatibus quas habent per accidens vult poſtea dicere.

DOMVS HÆ SVNT. Dicit ♏ aries & ſcorpius ſunt domus Martis:& libra domꝰ Veneris:taurus gemini & virgo:domꝰ Mercurij:cācer domus lunæ : leo domus ſolis/ Sagittarius & piſces domus Iouis : capricornus & aquarius domus Saturni· Poſtea dicit ♏.7.ſignum a domo cuiuſlibet dicitur eius detrimētū. verbi gratia.ſicut leo eſt domus ſolis ſic aquarius quod eſt ſignum oppoſitū leoni eſt detrimentum ſolis:& eodē modo intelligas de aliis. Deinde dicit ♏ duo ſigna quæ ſunt domus vnius planetæ dicuntur cōcordantia in cingulo ideſt in circulo ſignorū ſiue zodiaco qui eſt latus in medio & in ligatura ſtrictus ideſt iuxta polos· Ad quod intelligendum oportet imaginari circulos tranſeuntes per principia ſignorum & per polos zodiaci: & totum ſpacium comprehenſum inter quoſlibet duos circulos / eſt vnum ſignum ſicut exēplificatum fuit in lectione pręcedente· Iſta concordantia videtur mihi parum facere ad hoc ♏ duo ſigna debeant eſſe domus vnius planetæ:quia quælibet duo ſigna illo modo concordant. Ideo poteſt aliter exponi ſiue gloſſari verbū autoris:♏ quęlibet duo ſigna quę ſunt domus vnius planetæ dicuntur cōcordantia in zodiaco quātum ad diſtātiam a domibus luminarium: & illo modo eſt verum. verbi gratia:gemini & virgo ſunt domus Mercurij/ & ęqualiter diſtant a leone & a cancro: quę ſunt domus luminarium:& taurus & libra quę ſunt domus Veneris/ęqualiter diſtant a leone & cancro. Et hanc concordantiam inuenies in omnibus. Ptolemęus aſſignat cauſam quare leo eſt domus ſolis/ & cancer domus lunæ & ſimiliter de alijs in.173.propoſitione & 6. propoſitionibus ſequētibus primę partis:de domibus luminarium ſolis & lunę dicit duo ſigna ſeptētrionalia quæ ſunt propinquiora zenith capitum noſtrorum q̄ alia:& hac ratione faciunt calorē quæ ſunt cācer & leo poſuerūt ambo pro domibus duorum luminarium magnis & nobilibus. leonem quia maſculus domū ſolis & cancrum quia fœmina domū lunę. Haly dicit in cōmento exponens verba prædicta:♏ duo ſigna maxime ſeptentrionalia ſunt cācer & gemini:ſed gemini eſt ſignū calidū & humidum. ideo non concordat cum aliquo eorū· In hoc ♏ humectat non concordat cum ſole qui calefacit & deſiccat: nec cum luna quia fœminęa eſt & nocturna. ſignum autē geminorum eſt maſculinum & diurnum. Sed leo concordat cum ſole:quia eſt ſignum calidū & ſiccum:ideo cōuenit vt leo ſit domus ſolis. & quia luna ſequitur ſolem:ideo cōuenit vt domus lunæ ſit circa domum ſolis. Tunc diceret aliquis. quare ergo virgo non eſt domus lunę cum ſit circa leonē qui eſt domus ſolis. Dicit Haly ♏ ſignū virginis nō cōuenit lunę:quia virgo eſt ſignū ſiccū luna vero humida. Et propter hoc poſuerūt cancrū qui eſt humidus domū lunæ. de

domibus aliorum planetarum assignat duas causas: quarū vna accipitur ab ordine planetarum & signorū. Alia ab aspectibus. Breuiter vt cōcludam intentionem suam: paucis verbis vult dicere ♄ capricornus & aquarius sunt domus Saturni: quia hæc duo signa maxime distant a domibus luminarium & Saturnus est superior omnium planetarum. Et Sagittarius & pisces sunt domus Iouis: quia hæc duo signa sunt iuxta domus Saturni: sicut Iupiter est sub Saturno. Scorpio & aries sunt domus Martis: quia sunt iuxta domus Iouis sicut Mars sub Ioue. Libra & taurus sunt domus Veneris propter eandem causam. Et virgo & gemini domus Mercurij. Et si incœperit ordinem ab inferiori inuenies idem. verbi gratia. virgo & gemini sunt iuxta domos luminarium & sunt domus Mercurij: quia Mercurius sequitur post lunam in ordine: & sic de alijs. Alia causa quā assignat accipitur ab aspectibus: & vult dicere ♄ Saturnus est maior in fortuna: ideo domus suæ debent distare a domibus luminarium aspectu opposito qui est aspectus perfectæ inimicicię. Isto autem modo distant capricornus & aquarius. Capricornus enim est in opposito domus lunæ scilicet cancri: & aquarius in opposito domus solis scilicet leonis. Et Iupiter est fortuna maior. ideo domus suę debent distare a domibus luminariū aspectu trino. i. aspectu perfectæ amicitię. hoc modo distant sagittarius & pisces: sagittarius enim aspicit leonem aspectu trino: & pisces cancrum. Et Mars est in fortuna minor: ideo domus suæ debent distare a domibus luminariū aspectu quarto qui est aspectus medię inimicicię. Hoc modo distant scorpius & aries. Scorpius enim aspicit leonem aspectu quarto & aries cancrum. Venus est fortuna minor ideo domus suæ debent distare a domibus luminarium aspectu sextili qui est aspectus amicitię medię. Hoc modo distant libra & taurus. Libra enim aspicit leonem aspectu sextili: & taurus cancrum. Et relinquuntur Mercurio duo signa remanentia scilicet virgo & gemini quę sunt iuxta domos luminariū: quia Mercurius nunq̄ potest elongari a sole vltra vnum signum: immo non potest elongari a sole secūdum æquationes tabularum Alfonsi vltra. 28 gradus & 7. minuta.

SIGNA AVTEM IN QVIBVS. Cum quilibet quinq̄ planetarum habeat duas domos: ostendit quæ sit domus principalis cuiuslibet eorum Dicit quod Saturnus gaudet in aquario. Iupiter in Sagittario. Mars in scorpione. Venus in tauro. Mercurius in virgine.

HAE SVNT EXALTATIONES. Dicit ♄ sol exaltat in. 19 gradu arietis &c. Litera plana est. Ptolemęus assignat causam exaltationum planetarum in. 199. propositione primæ partis quadri-

partiti & in.6.ſequentibus. Vult dicere ꝙ ideo aries eſt exaltatio ſolis: quia dum ſol intrat arietem dies incipiunt augmentari ſupra noctes & calor eius incipit ibi apparere magis. Et libra eſt caſus eius/ quia ibi incipiunt noctes augmẽtari ſupra dies & calor incipit ibi diminui. Et quia Saturnus eſt oppoſitus ſoli: quia vbi creſcit calor/ minuitur frigus & e contrario. ideo libra eſt exaltatio Saturni. aries vero caſus. Et cum luna cõiungitur ſoli in ariete/ incipit lumen eius primo apparere in tauro: ideo taurus eſt exaltatio lunæ & ſcorpio caſus ſuus: quia eſt ſignum oppoſitum. Et quia Iupiter facit ventos ſeptentrionales/ & cancer eſt ſignum ſeptẽtrionale: ideo cancer eſt exaltatio Iouis & ſignum oppoſitum ſcilicet capricornus eſt eius caſus. Et quia Mars eſt radens per naturam & proprie cum fuerit in capricorno multo magis comburit: quia inclinatur ad partem meridiei: ideo capricornus eſt exaltatio ſua: & eſt ſignum oppoſitum exaltationi Iouis: & cancer eſt eius caſus. Et quia Venus naturaliter humectat & maxime cum eſt in piſcibus: ideo piſcis eſt exaltatio Veneris & ſignum oppoſitum ſcilicet virgo caſus eius. Et quia Mercurius deſiccat per ſe & in hoc eſt cõtrarius Veneri: ideo virgo eſt exaltatio ſua quod eſt ſignũ oppoſitum exaltationi Veneris: & piſcis eſt caſus eius. Albumazar aſſignat fere eaſdẽ cauſas licet alijs vtatur verbis: & accipit eas a Ptolemæo: ideo ſufficiant iſta de cauſis domorum & exaltationum.

TRIPLICITATES VERO. Prius determinauit autor de domibus & exaltationibus planetarũ. Hic determinat de triplicitatibus. Et quia aſpectus comitantur triplicitates: ideo determinat ex conſequenti de aſpectibus ſignorũ. Et ſecundum hoc hęc pars poteſt diuidi in duas partes. In prima determinat de triplicitatibus. In ſecunda de aſpectibus ibi. ſecunda: dicuntur & ſigna ſe aſpicere. Prima pars poteſt diuidi in duas. In prima facit quod dictum eſt. In ſecunda oſtendit quæ ſunt ſigna mobilia quæ fixa & quæ communia. ſecunda ibi: quatuor quoq; ex his ſignis. Prima pars diuiditur in.4.partes ſecũdum.4.triplicitates. ſecunda ibi: triplicitas. tertia ibi: triplicitas. quarta ibi. quartam vero triplicitatem. Prima in duas. In prima determinat de ipſis triplicitatibus in generali. In ſecunda in ſpeciali. Prima in principio. ſecunda ibi. aries leo & Sagittarius. Dicit primo ꝙ omnia tria ſigna quæ ſunt eiuſdem naturæ faciunt vnam triplicitatem. Poſtea dicit ꝙ aries leo & Sagittarius faciunt primam triplicitatem: quia illa tria ſigna ſunt eiuſdem naturæ ſcilicet ignea/ maſculina/ diurna/ choleri ca/ calida & ſicca: ſapore amara. & hæc tria ſigna ſunt oriẽtalia. Et iſta triplicitas ſicut quælibet aliarum habet tres dominos qui vo-

cantur domini triplicitatis · Primus dominus huius triplicitatis in natiuitatibus vel quæſtionibus vel quibuſcūq; alijs rebus quæ fiunt in die:eſt ſol. ſecundus eſt Iupiter. tertius eſt Saturnus. In rebus quæ fiunt in nocte:primus dominus huius triplicitatis eſt Iupiter. ſecuudus ſol · tertius Saturnus. ¶Notādum eſt hic quod dicit Albumazar in introductorio ſuo ♃ primum ſignum iſtius triplicitatis ſcilicet aries facit calorem temperatum · ſecundum. ſ. leo facit calorem lędentem. tertium. ſ. Sagittarius facit calorem corrūpentem. Quando aliquod iſtorum ſignorum ceciderit in aſcendēte coniunctionis vel oppoſitionis ſolis & lunæ in tempore hyemali:temperatur frigus. In tempore ęſtiuali fit calor exceſſiuus:maxime ſi dominus illius ſigni fuerit prędens in illo ſigno vel in aliquo angulorum aſpiciens ipſum aſcendens. Poſtea dicit ♃ taurus/ virgo & capricornus faciunt ſecundam triplicitatem/ quia ſunt eiuſdē naturę. quia omnia tria ſunt fœminina/ nocturna/ terrea/ frigida & ſicca/ melācholica/ ſapore acria/ meridiana. Huius triplicitatis domini ſunt in die:primus Venus:deinde luna : deinde Mars. Et in nocte:luna primus:deinde Venus:deinde Mars. Dicit Albumazar ♃ primum ſignum huius triplicitatis facit frigiditatem temperatam confortantem animalia & ſegetes · Secundum facit frigiditatē lędentem. Tertium corrumpentem. Quando aliquod iſtorum ſignorum cadit in aſcendente coniunctionis vel oppoſitiōis ſolis & lunæ in hyeme & maxime capricornus/ fit frigus maximum/ maxime ſi Saturnus fuerit in ipſa triplicitate. Deinde dicit ♃ tertiam triplicitatem faciunt gemini/ libra & aquarius : quia ſunt eiuſdem naturę. ſunt enim maſculina/ diurna/ ſanguinea/ calida & humida/ aerea/ occidentalia/ ſapore dulcia · Eius dominus in die primus eſt Saturnus · ſecundus Mercurius. tertius Iupiter. In nocte primus eſt Mercurius. ſecundus Saturnus tertius Iupiter. Et Albumazar dicit ♃ primum ſignum huius triplicitatis facit ventos temperatos confortantes & dulces. Secundum facit ventos nociuos. Tertium facit ventos diſſipantes animalia & ſegetes. Quādo aliquod iſtorum eſt aſcendens in hora coniunctionis ſolis & lunæ mouentur venti in illa lunatione. & ſimiliter intelligas de oppoſitione. Poſtea dicit ♃ quartam triplicitatem faciunt cancer ſcorpio & piſcis:quia omnia tria ſunt fœminīa/ nocturna/ ſeptētrionalia/ aquatica/ frigida & humida/ ſapore ſalſa. Cuius domini ſunt in die: primus Venus. ſecundus Mars · tertius luna. In nocte primus eſt Mars. ſecundus Venus. tertius luna · Dicit Albumazar ♃ primum ſignum huius triplicitatis facit humiditatem temperatā · Secundum abundantem. Tertium deſtruentem. Quando aliquod ſignorum iſtorum fuerit in aſcēdente coniunctionis vel oppoſitio-

nis ſolis & lunæ: præſumendum eſt de pluuia illo menſe. Ab iſta enim triplicitate & a Venere & a luna maxime incipiunt pluuiæ. Dicit Abraham Auennezra ꝙ ſi in coniunctione vel oppoſitione quæ pręcedit introitum ſolis in arietem: ſiue fuerit coniunctio ſiue oppoſitio fuerit aliquod iſtorum ſignorum aſcendens: & cum hoc luminaria fuerint in angulis. i. in aſcendente: vel medio cœli/ vel in occidente/ aut in angulo medię noctis: erit nimia pluuia in illo anno. Sed ſi luminaria fuerint in caſu ab angulis: non deſcēdet pluuia in illo mēſe & in maiori parte illius anni. Et ego expertus ſum pluries ꝙ quando aſcendens coniunctionis eſt ſignum aquaticū: & luna ante oppoſitionem intrat illud ſignum: in eodē die quādo luna intrat gradū qui fuit in aſcendente/ incipit pluuia & durat ad minus tantum quantum luna moratur in illo ſigno. Et ſuo modo intelligas de ventoſis ſignis & frigidis. Hoc inueni per experientiam: ſed poſtea hoc inueni in libro Abraham Auēnezrę. & multū gauiſus fui: quia magis fui certus de veritate. ſed Abraham dicit ꝙ hoc maxime eſt verum ſi ſignum aſcendens fuerit aliquis angulorum figurę illius terrę. hoc intelligo de figura reuolutiōis illius anni in terra illa. Illa enim diuerſificatur ſecundum diuerſas regiones. Et ſi non fuerit aliquis angulorum figurę illius terrę: erūt nubes ſine pluuia. Cauſæ triplicitatum fere ſunt eædem cum cauſis domorum: ideo pertranſeo.

QVATVOR QVOQVE EX HIS SIGNIS. Hic oſtendit quæ ſunt ſigna mobilia & quæ fixa & quæ media ſiue communia. Et aſſignat cauſas & ponit exempla litera eſt plana. ¶ Notādum eſt hic ꝙ Ptolemęus dicit in. 22. propoſitione centiloquij. Noua veſtimenta facere vel exercere luna in leone exiſtente timendum eſt. Et dicit Haly in commento eiuſdem propoſitionis ꝙ omnia ſigna fixa in hoc ſunt prohibita: & maxime leo. quia cum hoc ꝙ eſt fixum eſt ſignum magnę victorię: & ſignificat victoriam omnium rerum quæ exercentur: & malum dominium in eis. Et dicit ꝙ per facere intendit Ptolemęus ſcindere & ſuere. Per exercere intendit induere & vti. Ex hoc poſſum⁹ accipere regulā ꝙ omnes res quas volumus habere fixas: debemus incipere luna exiſtente in ſigno fixo: ſicut ædificare domos & cætera. Et res quas volumus cito mutare: debemus incipere luna exiſtente in ſigno mobili: ſicut iter & cætera.

DICVNTVR AVTEM SIGNA SE ASPICERE. Prius autor determinauit de dignitate planetarū quę vocatur triplicitas. Et quia triplicitas accipitur a trino aſpectu: ideo in hac parte incidentaliter determinat de aſpectibus: & poteſt diuidi in duas par-

tes:quoniam in prima parte determinat de aſpectibus. In ſecunda parte de proiectionibus radiorũ. Secunda ibi:cum vero fuerit planeta in aliquo ſigno. Prima pars poteſt diuidi in quatuor partes ſe cũdum quatuor aſpectus. In prima determinat de aſpectu ſextili. In ſecunda parte de aſpectu quarto. In tertia de trino. In quarta de oppoſito. Secũda ibi:& aſpicit quartũ ante ſe. Tertia ibi:& aſpicit etiam quintum ante ſe. Quarta ibi:aſpicit etiam ſeptimum. Dicit primo ſigna dicũtur ſe aſpicere hoc modo. Omne ſignum aſpicit tertium poſt ſe & tertium ante ſe:ſicut aries aſpicit ſignũ geminorum quod eſt tertium ante ſe: & ſignum aquarij quod eſt tertiũ poſt ſe. Et hic aſpectus dicitur ſextilis:eo ♀ tenet ſextam partem circuli ſcilicet. 60. gradus:quæ eſt quantitas duorum ſignorum. & vocatur hic aſpectus:aſpectus amicicię medię. & poteſt eſſe ratio: quia quęlibet duo ſigna iſto modo diſtãtia conueniũt in vna qualitate & cum hoc in ſexu. verbi gratia. aries & gemini conueniunt in caliditate & in maſculinitate: & ſimiliter aries & aquarius. taurus & cancer conueniunt in frigiditate & fœmineitate: & ſimiliter taurus & piſces. & ſic intelligas de omnibus. Poſtea dicit ♀ quodlibet ſiguum aſpicit quartum ante ſe & quartum poſt ſe:& iſte aſpectus dicitur tetragonus ſiue quartus:quia tenet quartam partẽ circuli ſcilicet. 90. gradus quæ eſt quantitas trium ſignorum. Et vocatur hic aſpectus:aſpectus inimicitiæ medię: quia quælibet duo ſigna hoc modo diſtantia repugnant aliquando in vna qualitate: aliquando in ambabus. diſcordant etiam in ſexu:quia ſi vnum eorum eſt maſculinum:alterum erit fœmininũ. Et hæc eſt cauſa quare in morbis acutis: vt plurimũ fit criſis cũ luna venerit ad quartum aſpectum loci in quo fuit in principio morbi. maxime ſi fuerit repugnantia in ambabus qualitatibus:& communiter tunc fit criſis ſalubris. verbi gratia. ſi luna fuerit in prĩcipio ęgritudinis in aliquo ſignorum triplicitatis igneę maxime in ariete cum venerit ad quartum ſignum quod repugnat in ambabus qualitatibus & in ſexu:communiter fit criſis ad ſalutem. ſicut ſi fuerit in ariete/quartus aſpectus erit in cancro:ſi in leone/quartus aſpectus erit in ſcorpione. ſi fuerit in Sagittario/quartus aſpectus erit in piſcibus. In alijs autem ſignis non eſt repugnãtia niſi in vna qualitate & in ſexu. verbi gratia. taurus & leo:taurus eſt ſignum frigidum & ſiccũ fœmininum. leo calidum & ſiccum maſculinum. Et hãc repugnãtiã inuenies in alijs ſuo modo. Et propter hoc criſes in iſtis ſignis aliquando fiunt ad ſalutem:& aliquando ad mortem:ſecundum fortunarum vel infortunarum aſpectum ad lunam. Deinde dicit ♀ quodlibet ſignum aſpicit quintum ante ſe: & quintum poſt ſe. & hic aſpectus dicitur trinus/eo ♀ tenet tertiam partẽ circuli ſcilicet

12. gra. Et vocatur hic aſpectus amicicię perfectæ: quia quælibet tria ſigna hoc modo diſtantia/faciunt vnam triplicitatem. & cōueniunt in naturis ſicut fuit dictum in. c. immediate prȩcedenti. poſtea dicit: aſpicit etiam quodlibet ſignum ſeptimum a ſe. i. ſignum oppoſitum: & iſte eſt aſpectus perfectę inimicicię ratione oppoſitiōis. Et omnis planeta qui fuerit in aliquo gradu alicuius ſigni aſpicit planetam exiſtentem in alio ſigno in conſimili gradu eodē aſpectu quo aſpiciunt ſe illa duo ſigna. Et autor loquitur de gradibus zodiaci: ſed ſecundum doctrinā Ptolemæi accipiuntur aſpectus in ęquinoctiali: ideo poteſt litera ſic gloſſari. Et hoc intelligē dum de gradibus æquinoctialis. verbi gratia. ſi fuerit aliquis planeta in ariete: & alter in geminis/& ſubtractę fuerint aſcenſiones circuli directi illius qui eſt in ariete/ab aſcenſionibus circuli directi illius qui fuerit in geminis: ſi remanſerint. 60. gradus aſpiciūt ſe aſpectu ſextili. Hoc modo intellige de alijs aſpectibus.

CVM VERO FVERIT PLANETA. In hac parte autor tā git proiectiones radiorum & expedit ſe breuiter dicens. Si fuerit aliquis planeta in aliquo ſigno proijcit radios ſuos in cōſimili gradu ſigni: quod aſpicit ipſum aliquo aſpectu. verbi gratia. ſi aliquis planeta in primo gradu arietis & in ſecundo minuto proijcit radios ſuos ſextiles ad primum gradum geminorum in ſecundo minuto eiuſdem. Autor nimis breuiloquus fuit in hoc capitulo: ideo oportet aliquantulum immorari circa explanationem aſpectuum & proiectionem radiorum. Intelligendum eſt primo ꝙ aſpectus conſiderantur tribus modis. Vno modo ſecundum gradus æquales: & ſecundum hunc modum autor in litera locutus eſt de aſpectibus & proiectionibus radiorum. Et vocātur gradus æquales gradus zodiaci: non conſiderando aſcenſiones. Secundo modo cōſiderantur aſpectus ſecundum gradus æquinoctialis in circulo directo: & hoc modo Ptolemęus iubet accipere aſpectus in. 60. propoſitione centiloquij: vbi loquitur de cauſis dierū criticorum. & hoc modo accipitur communiter aſpectus in interrogationibus & reuolutionibus annorum mundi: & in multis alijs. Tertio modo cō ſiderantur aſpectus & proiectiones radiorum ſecundum modū directionum: & hoc modo accipiuntur in natiuitatibus. ¶ Intelligē dum eſt iuxta capitulum de aſpectibus/ꝙ aſpectus accipiuntur tribus modis: & tot modis etiam accipiūtur proiectiones radiorum. Vno modo accipiuntur aſpectus & proiectiones radiorum ſecundum gradus circuli ſignorum: ita ꝙ computantur gradus zodiaci qui ſunt inter vnum planetam & alium: & iſte eſt modus quem ponit autor in litera. Et hūc modum tenet Abraham Auenezra. Et dicit ꝙ quaſi infinities eſt expertus ꝙ aſpectus debent accipi in

zodiaco & non in æquinoctiali : & hic modus eſt facilis valde. Et exemplificatum fuit ſufficienter de hoc in ſententiando literam. Secundo modo accipiuntur aſpectus in æquinoctiali ſecundū aſcē ſiones circuli directi ſecundum quē modum iubet Ptolemæus accipere ſicut dictum fuit ſuper literam. Cum igitur ſecundum hunc modū volueris æquare aſpectus: quære aſcenſiones planetæ in circulo directo quæ incipiunt a capricorno: & ſerua eas. Deinde eodem modo quære aſcēſiones gradus alterius planetę in eodē circulo directo: & ſerua eas. Deinde ſubtrahe aſcenſiōes illius qui propinquior fuerit capricorno ſecundum ordinem ſignorum ab aſcē ſionibus illius qui lōgius fuerit: & ſi remanſerint. 60. gradus/aſpiciunt ſe aſpectu ſextili. Si remāſerint 90. gradus aſpiciunt ſe aſpectu quarto. Et ſi. 120. gradus remanſerint aſpiciunt ſe aſpectu trino. Pro aſpectu autem oppoſito non oportet quęrere aſcenſiones: quia quādo duo planetæ opponūtur in zodiaco: opponūtur & in æquinoctiali. Iſte modus facilis eſt: ideo non oportet hic multum ſtare. Tertius autem modus aſpectuum & proiectionis radiorum eſt multum difficilis maxime non exercitatis in calculationibus. Intelligendum eſt primo circa hunc modum: q⁹ proiectio radiorū accipitur ſecūdum aſcenſiones circuli directi quādo planeta cuius radios volumus proijcere eſt in medio cœli vel in angulo terræ. Et quando eſt in gradu orientis: vel in gradu occidentis: accipitur ſecundum aſcenſiones regionis ſiue horizontis obliqui ſecundum tabulas factas ad illam regionem. Si autem non fuerit planeta in aliquo quatuor horum locorum/ſed in locis intermedijs: tunc accipiuntur mixtim. Cū igitur volueris proijcere radios alicuius planetę: cōſidera ſi planeta ille cuius radios vis proijcere ſit in medio cœli vel in angulo terræ: & tunc quære aſcenſiones illius gradus in circulo directo ſuper quas addas. 60. gradus ſi volueris radiationem ſextilem ſiniſtram ſcilicet illā quæ procedit ſecūdum ordinem ſignorum a loco planetę. Et gradus poſt additionem prouenientes reduc ad gradus æquales in circulo directo ſecundum doctrinam canonum primi mobilis: & gradus zodiaci qui prouenerit in illo ſunt radij ſextiles: & ſicut dixi de. 60. gradibus pro radiatione ſextili: ita intelligas de. 90. pro radiatione quarta: & de 120. pro radiatione trina. Si autem volueris radiationem dextrā ſcilicet illam quæ procedit a loco planetę verſus occidentem: ſubtrahe ab aſcenſionibus gradus planetę. 60. gra. pro radiatione ſextili vel. 90. pro radiatione quarta: vel. 120. pro radiatione trina. Et numerum qui ramanet reduc ad gradus æquales ſicut prius & gradus zodiaci qui exiuerit in illo ſunt radij. Exemplū in radia-

tione ſiniſtra pono: ♄ Saturnus ſit in angulo medij cœli in fine ſexti gradus virginis: aſcenſiões illius gradus in circulo recto ſunt 247. gradus. 48. minuta. volo habere radiationem ſextilem: addam ergo. 60. gradus: & prouenient. 307. gradus. 48. minuta. quos reducam ad gradus æquales in circulo directo: & exeunt. 10. gradus. 14. minuta. 14. ſecunda ſcorpionis. ibi ſunt radij ſextiles Saturni ſiniſtri in hoc caſu. Exemplum in radiatione ſextili dextra. ſubtraham ab aſcenſionibus prędictis. 60. gradus: & remanent. 187. gradus: & 48. minuta. reducam ad gradus æquales in circulo directo: & exeunt. 7. gradus. 9. minuta & 15. ſecunda cācri. ibi ergo in propoſito ſunt radij ſextiles dextri Saturni. Si vero planeta cuius radios vis proijcere ſit in gradu orientis: quære aſcenſiones gradus planetæ per tabulam aſcenſionum circuli obliqui deſeruientem tuæ regioni. Et ſi volueris radiationem ſiniſtram: adde ſuper aſcenſiones gradus planetæ. 60. gradus pro radiatione ſextili: vel. 90. pro quarta radiatione: vel. 120. pro trina radiatione. Exemplum in radiatione ſextili ſiniſtra: pono ♃ Iupiter ſit in gradu orientis in fine. 10. gradus Sagittarij: aſcenſiones illius gradus in horizonte obliquo ſunt. 275. gradus: & 27. minuta: & volo habere radiationem ſextilem ſiniſtram/addam ſuper ipſos 60. gradus & prouenient. 335. gradus & minuta. 27. quos reducam ad gradus æquales in circulo obliquo: & exeunt 12. gradus. 44. minuta. 21. ſecunda aquarij. ibi ergo ſunt radii ſextiles Iouis. Exemplum in radiatione ſextili dextra: ſubtrahaw ab aſcenſionibus gradus Iouis. 60. gradus & manent. 215. gradus. 27. minuta. reducam ad gradus æquales: & exeunt. 25. gradus. 54. minuta. 50. ſecunda libræ. ibi ſunt radij ſextiles Iouis. Si vero planeta fuerit in gradu occidentis operaberis cum gradu oppoſito: ſcilicet accipies aſcenſiones nadir gradus planetæ in horizonte obliquo: & facies penitus eodem modo quo dictum eſt. Sed poſtq̃ reduxeris ad gradus æquales: locus radiorum eſt locus oppoſitus illius loci quem inuenis. Et vt clarius pateat/ponam in hoc exemplum. Pono ♃ Iupiter ſit in gradu occidentis in fine 10. grad. Sagittarij: quæram aſcenſiones. 10. grad. geminorum: & inuenio. 41. gradus. 9. minuta. addam. 60 gradus pro radiatione ſextili: & proueniũt. 101. gra. 9. minuta. reducam ad gradus æquales in horizonte obliquo: & exeunt. 2. gradus. 30. minuta. 45 ſecunda leonis. ſunt ergo radij in oppoſito iſtius ſcilicet. 2. gradus 30. minuta. 45. ſecunda aquarij. Si autem planeta cuius radios vis proijcere non fuerit in aliquo locorum dictorum: tunc oportet accipere radiationē mixto modo ſecundũ proportionem diſtātię

gradus planetæ inter vnum angulum & alium. Modus autem eſt iſte. ſi planeta cuius radios vis proijcere fuerit inter mediũ cœli & gradum aſcendẽtem: accipe primo aſcenſiones gradus medij cœli quas ſubtrahe ab aſcenſionibus gradus planetæ in circulo directo: & quod remanet eſt diſtantia a medio cœli quã ſerua. Deinde ſuper aſcẽſiões gradus planetæ in circulo directo. 60. gradus. adde pro radiatione ſextili vel 90. pro radiatiõe. 4. vel 120. pro trina: & quod prouenerit reduc ad gradus æquales in circulo directo: & quod prouenerit ſerua. & vocetur radiatio circuli directi. Deinde quære aſcenſiones gradus planetæ in horizonte obliquo per tabulam regiõis tuæ ſuper quas adde ſimiliter. 60. gradus pro radiatione ſextili vel. 90. pro. 4. vel. 120. pro trina: & quod prouenerit reduc ad gradus æquales per tabulas tuæ regiõis: & quod exiuerit ſerua: & vocetur radiatio regiõis. Deinde vide differentiã inter radiationem circuli directi & radiationem regionis: quã differentiam multiplica per diſtantiam gradus planetæ a medio cœli: & productum diuide per medietatem arcus diurni gradus planetę & proueniet pars proportionalis: quam adde ſuper radiationẽ circuli directi. ſi radiatio circuli directi fuerit minor radiatione regionis. & ſubtrahe ab ipſa ſi fuerit maior: & quod prouenerit erit locus radiorum. Medietatem autem arcus diurni gradus planetæ inuenies ſubtrahendo aſcenſiones gradus planetę in circulo obliquo ab aſcenſionibus eius nadir & mediãdo illud. Poſſet etiã alio modo inueniri pars proportionalis differentię duarum radiationum/ſcilicet ℘ acciperetur ſexta pars differentię & multiplicaretur per horas diſtãtiæ planetæ a medio cœli. Sed hic modus eſt magis tędioſus q̃ primus: quia oportet ſecundum hunc modum diuidere diſtantiam gradus planetæ a meridie per partes horarum gradus planetæ ad hoc ℘ inueniantur horæ diſtantię a meridie. Conſulo primum modum. Exemplum in hoc pono ℘ gradus medij cœli ſit. 20. gradus leonis completus & Saturnus ſit in ſexto gradu virginis completo. Quæram diſtantiam Saturni a medio cœli per aſcenſiones circuli directi. Et inuenio in diſtantia. 15. gradus. 22. minuta. ſeruabo itaq; eam. Deinde ſubtraham aſcenſiones gradus Saturni in circulo obliquo ab aſcenſionibus gradus oppoſiti. Et remanent. 201. gradus. 20. minuta qui eſt totus arcus diurnus Saturni: quem diuidam per medium. & veniunt. 100. gradus. 40. minuta qui eſt medietas arcus diurni Saturni. ſeruabo itaq; eum. Deinde quæram aſcenſiones gradus Saturni in circulo directo & inuenio. 247. gradus. 48. minuta quibus addam. 60. gradus: quia volo radiationem

ſextilem ſiniſtram. & prouenient. 307. gradus. 48. minuta quos reducam ad gradus ęquales in circulo directo: & inuenio. 10. gradus. 14. minuta. 14. ſecunda ſcorpionis. & hęc eſt radiatio circuli directi. Deinde quęram aſcenſiones gradus Saturni in circulo obliquo in regiõe cuius latitudo eſt. 48. grad⁹. Et inuenio. 147. gradus. 11. minuta quibus addã. 60. gradus: & prouenient. 207. gradus. 11. minuta quos reducam ad gradus æquales in circulo obliquo: & inuenio. 19. gradus. 52. minut. 14. ſecũda libręCVideo ♄ radiatio circuli directi eſt maior q̃ radiatio regionis: ſubtraham minorem de maiori/ & inuenio in differentia. 20. gradus 22. minuta: quam reducam ad idem genus: & prouenient. 1222. reducam etiam diſtantiam Saturni a medio cœli ad idem genus: diſtantia fuit. 15. gradus. 22. minuta reducam ad idem genus ſcilicet. 920. minuta. multiplicabo differentiam per diſtãtiam: & proueniunt. 1126684. ſecunda. Deinde reducam medietatem arcus diurni Saturni ad idem genus. Medietas arcus diurni fuit. 100. gradus. 40. minuta/ reducta ad idem genus. 6040. proueniunt minuta: per quæ diuidam numerum qui prouenit ex multiplicatione. Et exeunt tres gradus. 6. minuta. 32. ſecunda quos ſubtraham a radiatione circuli directi: quia illa fuit maior & remanẽt ſeptem gradus. 7. minuta. 42. ſecunda ſcorpionis. ibi ſunt radij Saturni ſextiles ſiniſtri in caſu propoſito. CSi autem volueris radiationem dextram vbi præcepi addere. 60. gradus: ſubtrahe. 60. & operaberis ſicut prius. Si vero gradus planetæ cuius radios vis proijcere fuerit inter gradum aſcendentem & angulum terræ: vide longitudinem eius a gradu aſcendente quam ſcies hoc modo. Subtrahe aſcenſiones gradus aſcendentis in circulo obliquo ab aſcenſionibus gradus planetæ in eodem circulo obliquo. Et hoc ſi volueris radiationem ſiniſtrã. & quod remanſerit erit diſtantia planetæ a gradu aſcendente ſerua eſſe. Deinde quęre medietatem arcus nocturni gradus planetæ quẽ ſcies hoc modo: ſubtrahe aſcẽſiones nadir gradus planetæ ab aſcenſionibus gradus planetæ: & remanebit totus arcus nocturnus quem media & ſerua medietatẽ. His itaq; ſeruatis: quęre aſcenſiões gradus planetę in circulo obliquo per tabulã factã ad latitudinem tuę regiõis: quibus adde. 60. pro radiatiõe ſextili &c. & quod prouenit reduc ad gradus æquales in circulo obliquo: & vocetur radiatio circuli obliqui. Deinde quære aſcẽſiones gradus planetæ in circulo directo: quibus adde 60. gradus pro radiatiõe ſextili & cętera: & quod prouenerit reduc ad gradus æquales in circulo directo: & quod prouenerit ſerua: & vocetur radiatio circuli directi. Deinde vide differentiã inter radiationem regionis & circuli directi: ſubtrahendo minorẽ a

maiori/quam differentiã multiplica per diſtantiam planetę a gradu aſcendente. Et productum diuide per medietatem arcus nocturni gradus planetæ. & exibit pars proportionalis. quam adde cum radiatione regionis ſi illa fuerit minor radiatione circuli directi: vel ſubtrahe a radiatione regionis ſi illa fuerit maior radiatione circuli directi. Et quod poſt additionem vel ſubtractionem prouenerit locus erit radiorum. Exemplum in hoc pono ♃ gradus aſcendẽs ſit. 18. ſcorpiõis & Iupiter ſit in 10. Sagittarij: quęram aſcenſiones gradus aſcendentis in horizonte. 48. graduum: & inuenio. 245. gradus. 55. minuta. Deinde quæram aſcenſiones gradus Iouis in eodem horizonte obliquo: & inuenio. 275. gradus & 27. minuta: ſubtraham aſcenſiones gradus aſcendentis ab aſcenſionibus gradus Iouis: & remanent 29. gradus 32. minuta: quæ eſt diſtantia Iouis ab aſcendente. Deinde ſubtraxi aſcẽſiones gradus oppoſiti Iouis ab aſcenſionibus gradus Iouis: & reſiduum mediaui/ & inueni. 117. grad. 9 minuta: quæ eſt medietas arcus nocturni gradus Iouis. Deinde addidi aſcenſionibus Iouis. 60. gradus: & prouenerunt. 335 gradus. 27. minuta: quos reduxi ad gradus æquales in circulo obliquo: & inueni. 12. gradus. 45. minuta aquarij. Et hæc eſt radiatio regionis. ſeruaui itaq; eam. Deinde quęſiui aſcenſiones gradus Iouis in circulo directo: & inueni. 338. gradus. 21. minuta quibus addidi. 60. gradus: & prouenerunt. 398. gradus. 21. minuta. ſubtraxi vnam reuolutionem ſcilicet. 360. gradus & remanſerunt. 38 gradus. 21. minuta quos reduxi ad gradus æquales in circulo directo & inueni. 50. gradus. 57. minuta aquarij: & hęc eſt radiatio circuli directi. Deinde ſubtraxi minorem radiationem de maiori/ & inueni in differentia. 6. gradus. 48. minuta: quam differentiam multiplicaui per diſtantiã Iouis ab aſcendẽte: & diuiſi per medietatem arcus nocturni. & inueni in parte proportionali. 1. gradum. 42. minuta. 47. ſecunda. quam ſubtraxi a radiatione regionis: quia illa fuit maior. Et remanſerunt poſt ſubtractionem. 11. gradus. 2. minuta. 13. ſecunda aquarij: & ibi eſt locus radiorum Iouis. ¶ Si autem velles proijcere radios verſus dextrum/ tunc deberes videre diſtantiam gradus planetæ ab angulo terræ per aſcenſiones circuli directi quam inuenies ſubtrahendo aſcenſiones gradus planetæ in circulo directo ab aſcenſionibus anguli terræ in circulo directo. Et tunc partem proportionalem duarum radiationum deberes addere radiationi circuli directi ſi illa eſſet minor radiatione regionis: vel ſubtrahere ſi eſſet maior. In nullo alio differt opus niſi ♃ vbi præcepi addere aſcenſionibus. 60. gradus: &c. debes ſubtrahere. 60. &c. ¶ Si autẽ gradus planetæ cuius radios vis proijcere: fuerit inter

gradum occidentis & gradum.10. domus:operaberis cum gradu oppoſito planetæ recte per eandem viam:ſicut iam dixi inter aſcē dens & angulum terræ.quādo enim gradus planetæ eſt inter gradum occidentis & medium cœli:eius oppoſitus gradus eſt inter aſcendēs & angulū terrę. Et tantū diſtat gradus oppoſitus planetæ ab aſcendente/quantum gradus planetæ a gradu occidentis. ideo eadem eſt operatio/ nec plus nec minus. Sed poſtq̄ compleueris operationē:locus radiorum/eſt locus oppoſitus illius loci quē inueniſti:ſicut tibi exemplificaui/ quando planeta eſt in gradu occidentis. ¶Si autem contingat ſicut ſepę contingit q⁹ gradus planetæ ſit ante angulum:& locus vbi cadunt radij ſui ſit vltra angulum:ſicut verbi gratia locus planetæ ſit inter mediū cœli & aſcendens & radij cadant vltra aſcendens:ſcilicet inter aſcendens & angulum terræ. Iſte caſus quaſi frequenter contingit in radiatione trina:& multotiens in quarta : & aliquando in ſextili. Modus eſt iſte ſi locus planetæ cuius radios vis proijcere ſit inter medium cœli & aſcendens & radii ſui debeant cadere vltra aſcendens:vide diſtantiam planetæ a medio cœli per modum prius dictū:& vide medietatem arcus diurni gradus planetæ per modum prius dictum:& ſerua vtrunq; ſcilicet diſtātiam & medietatem arcus diurni. Deinde quæras aſcenſiones gradus planetę in circulo directo. Quære etiam aſcenſiones gradus aſcendentis in eodem circulo directo. Deinde ſubtrahe aſcenſiones gradus planetæ ab aſcenſionibus gradus aſcendentis. Et quod remanſerit ſerua:& vocetur pars radiationis circuli directi . Deinde quære aſcenſiones gradus planetæ in circulo obliquo. & quære aſcenſiones gradus aſcendentis in circulo obliquo:& ſubtrahe aſcenſiones planetæ ab aſcēſionibus gradus aſcendentis:& quod remanſerit ſerua/& vocetur pars radiationis regionis. Deinde ſubtrahe partē radiationis minorem a maiori & remanet differentia quā multiplica per diſtātiā planetę a medio cœli. & productū diuide per medietatē arc⁹ diurni gradus planetæ: & proueniet pars proportionalis/ quam adde parti radiationis circuli directi ſi fuerit minor parte radiationis regiōis. vel ſubtrahe ſi fuerit maior:& qđ prouenerit erit pars radiationis ęquata:quæ pars ſi fuerit minor.60. gradibus/ radii ſextiles cadunt vltra angulum aſcendētis: ſi fuerit maior cadūt ante angulum Et ſi hęc pars fuerit minor.90.gradibus radii quarti:cadunt vltra angulū.ſi maior cadūt ante angulū. Et ſi hæc pars fuerit minor.120.gradi.ſicut eſt quaſi frequēter cadūt radij trini vltra angulum.ſi fuerit maior.120.cadūt ante angulū.Si igitur cadāt radij vltra angulū:ſubtrahe partē radiatiōis ęquatā a.60. gra. pro

radiatione ſextili vel a. 90. pro radiatione quarta: vel a. 120. pro radiatione trina: & quod remanſerit adde ſuper aſcenſiões gradus aſcendentis in circulo obliquo & quod prouenerit reduc ad gradus ęquales in circulo obliquo & gradus ſigni qui exierit erit locus radiorum. Si ſciueris iſtam operationem: ſcies dirigere planetam exiſtentem in vna quadra ad locum exiſtentē in alia quadra. Huuc modum non vidi expoſitum nec poſitum in aliquo libro.

¶ Vt planius pateat quod dixi ponam in hoc exemplum. Pono ♀ gradus medij cœli ſit. 10. gra. cancri & Saturnus ſit in quarto gradu virginis: & gradus aſcēdēs in horizonte obliquo in regione cuius latitudo eſt. 40. gra. ſit. 7. gra. 59. minuta libręe. Quęſiui aſcenſiões gradus medij cœli in circulo directo: & inueni. 190. gra. 53. minuta. Deinde quæſiui aſcenſiões gradus Saturni in circulo recto & inueni. 245. grad. 55. minuta. Subtraxi aſcenſiones medij cœli ab aſcenſionibus gra. Saturni & remanſerunt. 55. gradus. 2. minuta: quæ eſt diſtātia Saturni a medio cœli. Deinde ſubtraxi aſcenſiones gradus Saturni in circulo obliquo ab aſcenſionibus gradus oppoſiti in eodē circulo obliquo & remanſerunt. 203. gradus. 3. minuta: & hic fuit arcus diurnus gradus Saturni quem mediaui: & inueni. 101. gradus. 31. minuta 30. ſecunda: quæ eſt medietas arcus diurni gradus Saturni. Subtraxi aſcenſiones gradus Saturni in circulo directo quæ fuerunt. 245. gra. 55. minuta ab aſcenſiōibus gradus aſcendentis in eodem circulo directo: quæ fuerunt. 277. gra. 19. minuta. & remanſerunt. 31. gra. 24. minuta quæ fuit pars radiationis circuli directi. Deinde ſubtraxi aſcenſiones gradus Saturni in circulo obliquo quę fuerunt. 144. gra. 277. minuta ab aſcenſionibus grad. aſcendentis in eodem circulo obliquo quæ fuerunt. 190. grad. 53. minuta: & remanſerunt. 46. gra. 26. minuta quæ fuerunt pars radiationis regionis ſiue circuli obliqui: vidi quod pars radiatiōis circuli obliqui fuit maior parte radiationis circuli directi. Subtraxi ergo minorem de maiori & remanſerunt. 15. gradus. 2. minuta: quæ fuit differentia duarū partium quam multiplicaui per diſtantiam Saturni a medio cœli & diuiſi per medietatem arcus diurni grad. Saturni. & exiuerunt. 8. grad. 8. minuta. 59. ſecunda. & hęc fuit pars proportionalis differentiæ quam addidi ſupra partē radiationis circuli directi & proueuerunt. 39. gra. 32. minuta. 59. ſecunda. Iſti ſunt gradus aſcenſionum qui fuerunt in figura a Saturno vſq; ad gradum aſcendētem: & quia fuerunt pauciores q̄. 60. ſciui ♀ radij ſextiles Saturni in hac figura ceciderunt. vltra gradum aſcendentem. Subtraxi ergo hos gra. a. 60. pro radiatione ſextili. & remanſerunt. 20. gradus. 27. minuta. 1. ſecundum: quos addidi ſuper aſcenſiones gra.

aſcendentis in circulo obliquo qui fuerunt. 190. gra. 53. minuta: & prouenerunt. 211. gradus. 20. minuta quos reduxi ad gradus æquales in circulo obliquo & inueni. 22. gra. 54. minuta. 52. ſecunda libræ: ibi fuerunt radij ſextiles Saturni in propoſito exemplo. ſecundum hunc modum debet fieri in alijs angulis. Et hęc de radiationibus ſufficiant.

HABENT ETIAM QVINQVAE PLANEtæ in vno quoq; ſigno terminos. Prius autor determinauit de tribus dignitatibus eſſentialibus planetarum. In iſta parte autor determinat de quarta dignitate eſſentiali quã habent planetę in ſignis. Et diuiditur in duas partes: quoniã in prima parte ponit terminos planetarum. In ſecunda parte ſoluit quandam controuerſiam quæ eſt inter aliquos de triplicitatibus & terminis. Secunda pars incipit ibi. Quidam pręponũtur. Prima pars diuidi poteſt in duas partes: ita ♃ primo incipit tractare de terminis planetarũ literaliter. Secundo ponit tabulam de ipſis terminis. Secunda incipit ibi: & propter diuerſitatem eorundem. Dicit primo ♃ quinq; planetę ſcilicet Saturnus Iupiter Mars Venus & Mercurius habẽt terminos diſpoſitos per diuerſos gra. Et primus terminus eſt Iouis a principio arietis vſq; ad finem ſexti gra. eiuſdem. Et a principio ſeptimi gra. eiuſdẽ arietis vſq; ad finẽ. 12. eſt terminns Veneris. Et a principio. 13. gra. vſq; ad finẽ. 20. eſt terminus Mercurij. Et a principio. 21. vſq; ad finẽ. 25. eſt terminus Martis. Et a principio. 26. vſq; ad finẽ Arietis eſt terminus Saturni. Poſtea dicit: & quia iſti gradus ſunt diuerſi/ita ♃ non vadunt æqualiter nec ſecundũ ordinem planetarũ: graue eſſet eos tenere in memoria: ideo poſuit eos ea in tabula ſecundum ♃ videtur in litera.

QVIDAM PRÆPONVNT TRIPLICITATES TERminis. Hic ſoluit quandam controuerſiam quæ eſt inter ſapientes de triplicitatibus & terminis. Et dicit: quidam pręferunt triplicitates terminis. Et quidam pręferunt terminos triplicitatibus. Soluit iſtam controuerſiam & dicit ♃ domini triplicitatum ſunt fortiores quantum ad nutritionem puerorum: quia in natiuitatibus ſignificant nutritionem. & ab eis accipitur ſignificatio vtrum puer ſit vitalis aut non. Domini autem terminorum ſunt fortiores in directione: quia dum dirigitur gradus aſcendens alicuius natiuitatis dirigitur ad terminos fortunarum & infortunarũ & dominus termini illius vocatur diuiſor vel diſpoſitor q̃diu durat directio in illo termino: & ſi fuerit ibi aliquis planeta vel radij/eius erit particeps. De hoc diffuſius dicetur in ſequentibus domino concedente. ¶ Notãdum eſt hic de terminis ♃ diſcordia fuit inter ſapiẽtes

antiquos de terminis. Et fuerunt tres opiniones famoſę de terminis. quarũ vna fuit Indorũ. alia Aegyptiorũ. tertia Chaldęorum. Ptolemęus in. 2 1 8. propoſitione primæ partis quadripartiti magis approbat terminos Aegyptiorum & dicit ſe inueniſſe vnum librum de terminis antiquum qui præ vetuſtate erat pro maiori parte fractus. Et ille concordabat cum terminis Aegyptiorũ. & in illo libro: ſumma graduum terminorum cuiuſlibet planetę/ erat tãtus quantus numerus annorum ſuorum maiorum quos dãt in natiuitatibus. Verbi gratia. anni maiores Saturni ſunt. 57. anni. Iouis. 79. Martis. 66. Veneris. 82. Mercurij. 76. & omnes iſti collecti faciunt. 360. Si volueris hoc experiri. computa gradus omnium terminorum alicuius planetę: verbi gratia/ Iouis: & inuenies numerum annorum ſuorum ſcilicet. 79. & ſic de alijs. Haly in cõmento. 206. propoſitionis primæ partis quadripartiti dicit. Illi de Aegypto fuerunt ſapiẽtes magi qui fuerunt ab antiquo tempore. nam iſti fuerunt ſtudij & exercicij magni in ſcientiis & ſapientiis omnibus de quibus homo ſe iuuare poteſt. Et ſcim⁹ hoc per chronica ſapientium antiquorum ſecundum ꝙ loquebantur de ipſis: & per ea quæ de ſuis operibus remanſerunt a multis milibus annorum vſq; ad hodiernã diẽ. Tamẽ ego dico illud quod ego vidi de vna experiẽtia quã inueni in loco qui dictus eſt oculus ſolis: quia in modico tẽpore miracula magna vidi. hæc ſunt verba Haly. de experiẽtia autẽ tacet. In cẽtiloquio in cõmẽto illius propoſitiõis: vult⁹ hui⁹ ſeculi. dicit vnã experiẽtiã de ſigillo ſcorpiõis facto in lapide ſc̃m ꝙ poteſt ibi videri. & q voluerit videre ibidẽ videat.

FACIES AVTEM SIGNORVM. Hic determinat de quinta dignitate & vltia eſſentiali quã habẽt planetę in ſignis quæ vocatur facies. Et poteſt diuidi in tres partes: quoniam in prima parte ponit diuiſionem & ordinationem facierum. In ſecunda parte docet inuenire facies per numeros. In tertia parte ponit de eis tabulam. Secunda pars incipit. Cum habueris gradus in aliquo ſigno. Tertia eſt in fine vbi ponit tabulam. Dicit ꝙ quodlibet ſignũ diuiditur in tres partes æquales quæ vocantur tres facies: & quælibet facies eſt ex. 10. gradibus. Et incipiũt iſtę facies a principio arietis & procedunt ſecundum ordinem ſignorum & planetarum. ita ꝙ prima facies eſt Martis ſcilicet primi. 10. gradus. ſecunda facies arietis. ſ. 10. gradus ſequentes ſunt ſolis qui ſuccedit Marti in ordine ſphærarum. tertia eſt Veneris quæ ſuccedit ſoli. Et prima facies tauri eſt Mercurii quæ ſuccedit Veneri. Secunda lunæ quæ ſuccedit Mercurio. Tertia Saturni. Et prima geminorũ Iouis. & ſic ſecundum hunc ordinem vſq; ad finem ſignorũ. Poſtea

docet inuenire per numeros cuius planetæ ſit aliqua facies. Et dicit cū habueris gradū alicuius ſigni & volueris ſcire cuiꝰ planetæ facies ſit in illo gradu: cōputa numerū ſignorum a principio arietis vſq; ad principium ſigni propoſiti: & multiplica illū numerum per tres: & cum numero producto adde facies cōpletas ſigni propoſiti. verbi gratia. ſi tranſiuerint. 10. gradus completi/adde vnitatem. Si 20. completi adde duo. Deinde a toto numero ſubtrahe 7. quotiens poteris. & quod remāſerit computa a Marte ſecundū ordinem planetarū. & vbi numerus finitus fuerit/ſequens planeta eſt dominus faciei quæſitę. verbi gratia. pono quod habeā. 15. gradus leonis: volo ſcire cuiꝰ facies ſit. 15. gradus leonis/ſcio ♃ a principio arietis ſunt. 4. ſigna cōpleta. multiplicabo ergo. 4. per. 3. & erunt 12. Et ſcio ♃ de leone trāſiuit vna facies cōpleta: ideo addā vnum & erūt. 13. facies completę a principio arietis: ſubtrahā inde ſeptem & remanēt. 6. dabo primam vnitatem Marti. ſecundam ſoli. tertiam Veneri. quartam Mercurio. quintam lunę ſextam Saturno Erit ergo facies ſequens quæ non fuit completa/Iouis. Poſtea ponit tabulā cuius opus facile eſt. Quæres enim nomen illius ſigni cuius dominum faciei quæris: & inuenies in directo quis ſit dominus primæ faciei & quis ſecundæ & quis tertiæ.

ET QVIA AVXILIANTE DEO. Poſtq̄ autor determinauit de dignitatibus planetarum in ſignis: In iſta parte determinat de fortitudinibus quas habent in iſtis dignitatibus. Et poteſt diuidi in duas partes: quoniam in prima parte oſtendit quot fortitudines habeat planeta in qualibet dignitate. In ſecunda parte cō parat iſtas dignitates ad res ſenſibiles. ſecunda eſt ibi: vnde quidā de hac re. Prima pars poteſt diuidi in duas: quoniam primo continuat ſe ad dicēda. ſecundo proſequitur ibi: nam dominus domus. Dicit quia adiuuāte deo cōpleuit de dignitatibus planetarū in ſignis. modo vult oſtēdere quot fortitudines habeat quilibet in ipſis dignitatibus Poſtea dicit ♃ dominꝰ domus habet quinq; fortitudines. dominus exaltationis habet quatuor. dominus triplicitatis habet tres. dominus termini duas. dominus faciei vnā. Poſtea replicat illam controuerſiam de terminis. Et ponit comparationem in dignitatibus planetarum: dicēs ♃ quidam de dignitatibus planetarum fecerūt talē comparationem ♃ planeta exiſtens in ſua domo eſt ſimilis viro exiſtenti in domo atq; dominatione ſua. Et planeta in exaltatione ſua eſt ſimilis viro in regno atq; gloria ſua vt patet in litera. ¶ Ex iſta litera poteſt notari ſi aliquis planeta patiatur magnum infortunium in domo vel exaltatione ſua hoc eſt multum deteſtabile. ſicut multum eſſet deteſtabile ſi rex

vinceretur in proprio regno ſuo & in fortiori loco regni ſui. Ideo quando luminaria eclypſantur in proprijs domibus vel exaltationibus ſuis hoc eſt malum ſignum.

SEQVVNTVR HAS FIGVRAE SIGNOrum. Prius autor determinauit de dignitatibus planetarum in ſignis & de fortitudinibus quas habent in iſtis dignitatibus. In iſta parte determinat de figuris ſiue formis ipſorum ſignorum: hoc eſt oſtendit nobis quæ ſigna habent formas humanas: & quæ habent formas aliorum animalium. & manet indiuiſa. Dicit quod quædam ſigna dicuntnr rationalia ſcilicet illa quorum imagines ſunt figuratę ad imagines hominū. Et illa ſunt gemini/ virgo/aquarius/libra & medietas prima Sagittarij. & iſta dicūtur habētia pulchras voces. Et virtus eorum eſt maior cum fuerint in oriente. Et quædam ex ſignis dicuntur habentia halas ſcilicet gemini/virgo & piſcis. Quędam ex eis dicūtur quaprupedia: ſcilicet Sagittarius/leo/aries/taurus & capricornus. Et eorum quædam ſunt domeſtica ſcilicet illa quæ ſunt figurata ſecundum figuras animalium domeſticorum. Et hæc ſunt aries/taurus & capricornus. Et eorum virtus magis apparet cum fuerint in meridie. Virtus autem virginis capricorni & aquarij magis apparet cum fuerint in ſeptentrione. Et quædam ex ſignis videntur vitioſa & turpia & tortuoſa ſcilicet aries taurus cancer ſcorpius & piſcis. & virtus eorum magis apparet in occidente. Quędā vero ſunt ſterilia ſcilicet gemini/leo/virgo. Et quædam dicuntur habentia paucos filios ſcilicet aries/taurus/libra/ Sagittarius/capricornus & aquarius. Et quędam ex his ſignis ſunt multum luxurioſa ſcilicet aries & taurus leo & capricornus. Et quędam dicuntur multum filiorum ſcilicet cancer ſcorpius & piſcis. Et quædam ex ſignis dicuntur habentia dimidiam vocem: illa ſcilicet quę habent vocem animalium balantium/ rugiētium & mugiētium: vt aries/taurus/leo/capricornus & vltima pars Sagittarij. Quædam ex ſignis dicuntur carentia omnino voce ſcilicet illa quæ figurantur ſecundum imagines animalium carentium voce: vt cancer ſcorpio & piſcis. Haly Abenragel breuiter expedit ſe de formis ſignorum: dicēs. Signorum alia ſunt in forma hominum. Alia in forma beſtiarum. Alia in forma beſtinglorum. Alia in forma reptilium. Quæ ſunt in forma humana ſunt gemini/libra/aquarius/virgo. In forma beſtiarū aries/taurus/capricornus & Sagittarius. In forma beſtinglorum. i. animalium rapatium leo. In forma reptilium: cancer/ſcorpio & piſcis.

ET VNVMQVODQVE SIGNORVM HAbet propriam ſignificationem. Prius autor determinauit de figuris ſignorum. In iſta parte oſtendit nobis quid habent ſigna ex membris hominum: & ex regionibus & ex planetis. Et poteſt diuidi in duas partes: quoniam in prima parte facit quod dictum eſt. In ſecunda determinat de doloribus planetarum in ſignis. Secūda incipit ibi. Et ſiquidem planetæ ſignificauerint dolorē. Prima poteſt diuidi in .12. partes ſecūdum ℔ .12. ſunt ſigna. Clarum eſt quod dicit in litera excepto ℔ nomina regionum nō ſunt nobis nota. ¶ Notādum eſt hic quod Ptolemæus diuidit totam terram habitabilem in quatuor partes. Et ſecundum diuiſionem Ptolemæi imaginari poteſt vna linea tranſiens ab oriente in occidentē per medium habitationis/ita quod iſta linea diuidat partem meridionalem a ſeptētrionali. Et dicit Haly ℔ iſta linea diſtat ab æquinoctiali per 36. gradus. & ſecundum hanc diuiſionem diſtat ab vltima habitatione in ſeptentrione per .30. gradus vel circa: ita quod tota latitudo contineat .66. gradus. Et tanta eſt diſtantia æquinoctialis vſq; ad circulum arcticum: immo eſt .66. gradus. 26. minuta/ & 30 ſecunda. Ideo dicit Haly vel circa. Et dicit ℔ in fine iſtius lineæ verſus occidentem eſt paſſagium Herculis. Et hoc eſt vnde trāſitur in Hiſpaniam: & eſt mare ibi ſtrictum quod exiſtens in vno litore poteſt videre exiſtentem in alio. Et ſunt ibi tres inſulę quarum vnam vident tranſeūtes in Hiſpaniam per terram occidētis. Et ſtat in ea idolum tenens in manu claues: ad demonſtrandum ℔ vltra locum illum non ſit habitatio. Et in qualibet duarum aliarū inſularum ſtat idolum ſecūdum eundem modum Et in parte oriē tali in fine lineæ prędictæ: ſtant idola eodem modo tenētia claues & demonſtrātia quod non ſit vltra illum locum habitatio verſus orientem. Dicit Haly ℔ Hercules poſuit iſta idola: in ſignum ℔ ipſe acquiſiuerat totum mundum Longitudo lineæ prędictę ſecūdum ℔ dicit Haly eſt .180. graduum. His viſis ſecundum ſententiam Ptolemæi imaginetur iſta linea diuidi per medium/ita quod remaneant .90. gradus verſus orientem: & alij .90. verſus occidē tem. Et imaginetur tranſire vna linea per polos mūdi per mediū diuiſionis lineę ſupradictę: ita videlicet ℔ trāſeat per medium terræ habitabilis ſecundum latitudinem. Prima autem linea dicebatur tranſire per medium terræ habitabilis ſecundum longitudinē. Patet itaq; ℔ duæ lineæ ſupradictę quæ diuidunt totam terrā habitabilem in quatuor partes/ coniunguntur in loco interſectionis linearum: qui eſt pūctus in medio terræ habitabilis. Hac diuiſione intellecta facile eſt videre ſententiam Ptolemæi in partitione

ſignorum & terrarū. Dicit itaq; Ptolemęus q; hęc tria ſigna aries/ leo & Sagittarius quæ faciunt primam triplicitatem/ pertinent ad quartā partē terrę habitabilis quæ eſt inter ſeptentrionem & occidēs. & illā quartā gubernat Iupiter eo q; eſt ſeptētriōalis: & Mars habet participationem cum eo: quia pertinet ad partem occidentalem. Et tria ſigna triplicitatis ſecundæ ſcilicet taurus/ virgo/ capricornus pertinent ad partem quæ eſt inter meridiem & oriens: & gubernat ipſam Venus/ quia eſt meridionalis. & habet participationem cum ea Saturnus: quoniam ad partem orientalem pertinet. Et tria ſigna triplicitatis tertiæ ſcilicet gemini libra & aquarius pertinent ad partem quæ eſt inter oriens & ſeptentrionem: & gubernat ipſam Saturnus/ eo q; pertinet ad oriēs. & habet participationem cum eo Iupiter eo q; pertinet ad ſeptentrionem. Et tria ſigna triplicitatis quartæ ſcilicet cancer/ ſcorpio & piſcis pertinent ad partem quæ eſt inter meridiem & occidens. & gubernat ipſam Mars: quia pertinet ad occidens. & habet participationem cum eo Venus. Ex prędictis poterit quilibet cōiecturare ad quod ſignum pertineat quælibet terra. Sciet enim per longitudinem & latitudinem regionis de qua quarta ſit. Verbi gratia. omnis terra cuius latitudo eſt maior. 36. gradibus. & longitudo eius ab occidente minus. 90. gradibus fuerit: eſt de quarta ſeptētrionali occidentali: & ſic de alijs ſuo modo. Cognita igitur quarta in qua eſt terra tua: ſcis quod vnum ſignū ex tribus ſignis triplicitatis illius quartę reſpicit illam terrā. & poteris ſcire quod ex illis tribus reſpiciat eam per mores & conſuetudines hominum habitantium in ea. Verbi gratia. ſcis q; terra chriſtianorum eſt in parte ſeptentrionali occidentali: ſcio quod aries/ leo & Sagittarius dominatur ſuper ipſam. Et ſi veli ſcire ſupra quā partē ei⁹ dominatur quodlibet iſtorum ſignorum: reſpicio ad mores & conditiones hominū cum quibus ſignis magnis cōcordant Conſtat autem q; Romani ſunt famoſiores & nobiliores iſtius quartæ/ & ideo cōuenit vt attribuatur eis ſignum nobilius inter hæc tria. & hoc eſt leo domus ſolis. Cōſtat etiam q; Almāni ſunt homines iracundi & furioſi de natura Martis: ideo conuenit vt attribuatur eis aries domus Martis. Conſtat etiam q; Hiſpani ſunt boni milites exercitij magni in armis: ideo conuenit vt attribuatur eis Sagittarius quod eſt ſignū militiarum & bellorum. Et hanc partitionem ponit Ptolemęus in litera in ſecunda parte quadripartiti. Dicit enim ſic. & prouincię cū ariete concordantes ſunt terra Britānię & terra de Salacia: Credo q; deberet dici de Sclauia & Germania. Et quæ cōcordant cū leone: ſunt/ Italia/ Gallia/ Apulia/ & Cecilia. Et Haly dicit ibi: q; hi ſunt termini Romę. Et quæ concordant cum Sagittario ſunt ter-

ræ de Turcia Calciata & Hiſpania. De partitiõe aliorum ſignorũ cum aliis terris parum curo. Quia nec nomina earũ nec conditiones hominũ ſunt mihi nota: nec faceret mihi aliquã vtilitatẽ hoc ſcire. ¶ Si quis autẽ coguoſcat eas & voluerit in eis morari: appliceat ſecundũ modũ dictũ in tribus ſignis prędictis. Dicit Abrahã Auenezra q̃ primum clima eſt capricorni & aquarii. & gubernator eius eſt Saturnus. Secundũ clima eſt Sagittarii & piſcis: & gubernator eius eſt Iupiter. Tertiũ clima eſt ſcorpii & arietis: & gubernator eius eſt Mars. Quartum eſt leonis: & gubernator eius eſt ſol. Quintũ clima eſt tauri & libræ: & eius gubernator eſt Venus. Sextum eſt geminorum q̃ virginis: & eius gubernator Mercuri⁹. Septimũ eſt cãcri & gubernat illud luna. ¶ Abraham Auenezra ponit cõditiões naſcẽtiũ ſub quolibet ſigno: & eſt ſentẽtia ſua iſta. Qui natus fuerit ſub prima facie arietis: erit ruffus & ſimus: vẽter eius erit paruus & ſtrictus carne extenuatus: habebitq̃ ſupra pedem ſiniſtrum ſignũ & in cubito manus ſiniſtrę: & amici eius erũt plures/ & ipſe odiet malũ. Qui vero natus fuerit ſub ſecũda facie: inerit ei nigredo/ pulchritudini faciei cõiũcta: corpus eius tẽperatum/ pręceps in irã/ animo occultãs voluntatẽ malã: eſtq̃ alti cordis inimici eius plures erũt. Qui natus fuerit ſub tertia facie: erit ruffus color eius & croceus: & erit ſolitarius. Qui natus fuerit ſub prima facie tauri: erit breuis ſtaturę: ſui oculi magni: labia ſpiſſa: & habebit ſignũ in collo: & eſt corde feſtinus: amici eius plures: & maneriebus delitiarũ delectabitur ipſe. Natus aũt ſub facie eius ſecũda: habebit faciẽ rotũdã: vẽtrẽ latũ: oculos pulchros. & ei⁹ anima volũtaria/ reſq̃ cito perpẽdet. & circa ſpatulas piloſus exiſtet. & habebit ſignũ in lũbis. Et qui natus fuerit ſub tertia facie pulchri coloris exiſtet pulchręq̃ faciei: & habebit ſignũ in oculo ſiniſtro: virq̃ laborioſus erit nec in mulieribus fortunat⁹ exiſtet. Qui autẽ natus fuerit ſub fine hui⁹ ſigni erit carẽs teſticulis naturaliter & ſine: vel hermaphrodit⁹. Qui nat⁹ fuerit ſub prima facie geminorũ: erit pulchri corporis & decẽtis: & oculorũ & pilorũ: habebit ſignũ in capite vel in oculis. Viſus ei⁹ acut⁹/ minime eſt iracũdus: eritq̃ laborator & cũ mulieribus minime fortunat⁹ exiſtet. Et qui nat⁹ fuerit ſub ſecũda facie: erit breuis ſtaturę & niger: & ſuper eius cubitũ ſignũ nigredinis: eiuſq̃ verba pulchra & dulcia. Nat⁹ ſub tertia facie nimiũ habebit oculos paruos: eritq̃ vir ſuſpicator & leuis: & loquetur verba irrationabilia/ eritq̃ mendax. Qui natus fuerit ſub prima facie cancri: erit corpore & pilis decens: ſupercilia eius erunt ſtricta nareſq̃ longæ & ſpatulæ latæ. & habebit ſignum in cubito dextro: aut eius brachio: & anima eius bona. amici eius plures: eritq̃ ſciens & ingenioſus. Qui natus fuerit ſub ſecunda facie; erit color eius rubeus breuiſq̃ ſtaturæ; carens

barba:& habebit ſignum in oculis. Qui ſub tertia facie natus fuerit/erit craſſus breuiſq; ſtaturę: & habebit multitudinem pilorum in ſupercilijs. Qui natus fuerit ſub prima facie leonis/erit pulcher corpore & facie: & color vultus eius erit rubeus albo commixtus: oculi eius commixti:pectus rectum: & crura ſua patientur morbū in parte ſuperiori:& erit cognitus inter gentes:& ſimplex immixtuſq; conſortio regum. Qui natus fuerit ſub ſecunda facie erit pulcher:pectus eius erit latum:teſticuli & crura gracilia: eritq; honoratus inter familiam eius ac alti cordis. Natus autem ſub tertia facie erit aliquantulum breuis ſtaturæ eritq; color eius albus roſeo permixtus:eius vox vehemens amans mulieres. & habebit plenitudinem amicorum & morbos plures ſuſtinebit. Qui natus fuerit ſub prima facie virginis/erit decentis ſtatuere:erit corpus eius erectum & pulchrum: & erit ſciens & aptus:eius capilli criſpi:& erit diligens iuſtitiam:eius vox vehemens: ſterilis exiſtet: anima eius bona/facies pulchra:eritq; ſcriba & bene doctus. Qui autem natus fuerit ſub ſecunda facie erit pulchre apparentię: oculi eius parui: naſus eius pulcher: eritq; diſciplinabilis & ſimplex pręuolūtarius corde:diliget laudari. Natus ſub tertia facie:erit pulcher aſpectu/perceptibilis diſciplinę: veri ſenſus ac ſimplex & ſapiens. Qui natus fuerit ſub prima facie Libræ:erit pulcher facie. & in eius capite vulnera inerunt: eriq; laborator & ſimplex ac diſciplinabilis. Natus ſub ſecunda facie erit pulchri vultus & inerit ei impedimētum in oculis: eſtq; corde pręuoluntarius. Natus ſub tertia facie: erit pulcher & erit cognitus & honoratus inter gentes ipſius. Et qui fuerit natus ſub fine ſigni huius:erit nullius ſexus aut vtriuſq;. Qui fuerit natus ſub prima facie ſcorpionis/parum pulcher exiſtet: & habebit ſignum in capite: & pectus eius erit latum. Et habebit ſignum in pede ſiniſtro vel in manu dextra. eſtq; homo caſtigationis bonaq; diſcretione plenus ac in loquela feſtinus. Natus ſub ſecūda facie caput eius erit magnum:exiſtetq; modice pulchrę figuræ. & habebit ſignum in genu & dorſo:& erit homo diſcipline verba ſua multiplicās. Qui natus fuerit ſub tertia facie:erit bruis ſtaturę/oculi eius cōtorti:appetēs comedere/amans mulieres. Qui autem natus fuerit ſub fine huius ſigni:aut erit nullius aut vtriuſq; ſexus. Qui natus fuerit ſub prima facie Sagitarij:erit pulchrę ſpeciei:decorus aſpectu/rectę ſtaturę:diligens bonū:regibus ac magnatibus ſe commiſcens. Natus ſub ſecunda facie corpus habebit condecens/facies tamē eius crocea/ ſupercilia compreſſa: & habebit ſignum in pectore. Natus ſub tertia facie erit longus:pulcher facie:oculi eius vt murilegi:pectus latum:& habebit ſignum in ſiniſtro crure. Qui ſub prima facie capricorni natus fuerit:erit

corpus ſuum condecens/pectus latum:& habebit ſignum nigrum in cubito.erit aſtutus diſciplinabilis/ſimplex & prꝛeuolūtarius. Natus ſub ſecunda/erit pulcher: habebit nares longas:oculi eius pulchri:voluntas eius mala & iracūdus:eſt homo ſcientię. Natus ſub tertia facie/erit pulcher corpore:eius tamē facies citrina:& in eius brachio ſiniſtro erit nota vel in ipſius genu:feſtinus in tram:deſpiciens malū vel pugnans pro malo:diligēs mulieres:homo diſcipli næ diligenſq; ſodales. Qui autem natus fuerit in fine huius ſigni erit filius adulterinus & omnino huic ineſt ſigno minime in mulierum natiuitatibus valere. Qui autē natus fuerit ſub prima facie aquarij/erit corpore & facie formoſus:& habebit in pectore aut pede ſiniſtro ſignum:eritq; homo diſciplinabilis & ſodales diligens. Natus ſub ſecunda facie erit longus:facies eius erit rubea:& ſignū habebit in dorſo & ſub eius cubito:eritq; omnibus diebus ſuis in dolore. Natus ſub tertia facie corpore pulcher/ſtatura breuis:facie roſeus:& habebit ſignum ſub cubitis:& erit mulierum amator. Et qui ſub fine huius ſigni natus fuerit:diuerſificatus erit in eius figura atq; in omnibus ſuis operibus. Qui autē ſub prima facie piſciū originem traxerit:corpus eius erit album:& facies ſimiliter:pectus eius latum:barba pulchra:frons prꝛeclara:oculi eius magis nigri q̄ albi. Et forte aliquod membrū ſibi deficiet:diliget dormire: eritq; guloſus & ebrioſus:& habebit ſignum ſub cubito vel in pede. Natus vero ſub ſecunda facie erit breuis ſtaturę. decorus aſpectu:barba nigra/piloſus:& erit ambulans in duritia cum filijs hominum. Natus ſub tertia facie piſciū erit aſpectu prꝛeclarus:oculi eius pulchri eritq; morboſus.

ET SIQVIDEM PLANETÆ. Prim autor oſtēdit qualiter ſigna reſpiciūt membra humani corporis. In iſta parte oſtēdit nobis qualiter planetæ reſpiciunt mē bra corporis humani in ipſis ſignis. Et poteſt hic pars diuidi in. 12. partes ſecundum. 12. ſigna. vbi parpas incipiunt patet. Prima pars diuidi poteſt in duas: quoniam primo proponit. Secūdo proſequitur ibi:in ariete. Dicit primo q̄ ſi aliquis planeta ſignificauerit aliquam infirmitatem ſiue debilitatem in corpore humano:habebit in quolibet ſigno membrum proprium in quo erit illa infirmitas. Et quia ita eſt:conuenit tractare de doloribus planetarum in ſignis. Et incipit ab ariete procedēdo ſecundum ſucceſſionem ſignorum & planetarum. Quod dicit autor planum eſt in litera. Ad euidentiam vnius partis pono vnum exemplum. Pono q̄ in aliqua natiuitate Saturnus ſignificauerit nato debilitatem alicuius mēbri & ſit Saturnus in ariete. Dico q̄ illa debilitas vel infirmitas erit in pectore. Et ſi Saturnus ſit in tau

ro:erit illa infirmitas in ventre. & ſic intelligas de cæteris ſignis. Pono etiam ♂ Mars in natiuitate(intelligas de reuolutione anno rum natiuitatis)ſignificauerit vulneratiõē/& ſit Mars in ariete: erit vulnus in capite. Si in tauro:erit vulnus in collo. & ſic de cæteris ſignis & planetis intelligas. Ptolemęus vult ♂ mẽbra in quibus cadunt morbi &c impedimenta accipiuntur a figura cœli in hora natiuitatis vel reuolutionis. Dicit enim in. 74. propoſitione centiloquij cum fuerit Mars in aſcendente alicuius natiuitatis erit cicatrix in facie vel capite nati. Dicit enim Haly ♂ caput eſt aſcendentis & ſecundum hoc collum eſt ſecundæ domus. brachia tertiæ domus & ſic ſecundum ordinem domorum ſecundum ♂ di ctũ fuit de ſignis. De hac materia diffuſius loquemur domino cõcedente in capitulo ſextæ domus.

SVNT QVOQVE IN VNO QVOQVE SIgno. In iſta parte autor determinat de quibuſdam ſpecialibus proprietatibus planetarum quę ſunt in diuerſis gradibus circuli ſignorũ: & ſunt ſex. ſunt enim ibi quidam gradus maſculini & quidam fœminini. Et ſunt ibi quidã gradus lucidi & quidã tenebroſi. Etiam ſunt ibi quidam gradus qui dicuntur putei Et ſunt ibi quidam gradus qui dicuntur azemena. Et ſunt ibi quidã gradus qui dicuntur augmẽtantes fortunam. Et ſunt ibi quidam gradus qui dicuntur conſortes. Et ſecundũ hoc iſta pars poteſt diuidi in ſex partes:quoniã in prima parte enumerat gradus maſculinos & fœmininos In ſecunda parte enumerat gradus lucidos & tenebroſos & fumoſos. In tertia parte enumerat grad⁹ qui dicũtur putei. In quarta parte enumerat gradus qui dicuntur azemena. In quinta parte enumerat gradus qui dicuntur augmentantes fortunam & gradus ſublimitatis. In ſexta parte enumerat gradus qui dicuntur conſortes. ¶ Prima pars incipit in principio. Secunda incipit ibi:& in vnoquoq; horum ſignorum. Tertia incipit ibi:& in ſignis ſunt gradus. Quarta ibi:& ſunt in ſignis quidam gradus. Quinta ibi. & in circulo. Sexta ibi: & omnes duo gradus. Prima pars poteſt diuidi in duas partes:quoniam in prima parte incipit enumerare grãdus maſculinos & fœmininos literaliter. In ſecunda parte ponit tabulam de eis. Quod dicit patet in litera. Poſtea dicit ♂ ſunt quidam gradus in circulo qui dicũtur lucidi & quidam tenebroſi: & quidam fumoſi & quidam qui vocantur vacui. Et incipit primo eos enumerare. Et deinde ponit de eis tabulam & patet. poſtea dicit ♂ ſunt in circulo quidam gradus qui dicun-

tur putei. & enumerat illos omnes in litera. & quidam libri habẽt tabulam de eis factam. Deinde dicit ℘ in signis sunt quidam gradus qui dicuntur azemena. Et dicit ℘ azemena est quædam debilitatio corporalis vt est cęcitas vel surditas vel aliquid talium vel amissio membri. Iuxta quod notandum ℘ dicit Haly Abenragel in primo capitulo domus sextæ libri sui de natiuitatibus. Quando pars azemena fuerit in partitione ascendentis & luna iuncta cũ ea vel dominus ascendentis: significat ℘ azemena erit in illo membro nati quod cadit in partitione illius signi. ¶Notandũ est etiã ℘ si sol in natiuitate alicuius fuerit in gradu azemena erit debilitatio in oculo dextro/si luna: erit in sinistro. Postea dicit ℘ sunt quidam gradus in circulo qui dicuntur augmentantes fortunam: & enumerat eos in litera. Iuxta quam partem notãdum est quod Haly dicit in commento. 229. propositionis primæ partis quadripartiti. scire te conuenit ℘ gradus augmentantes fortunam sunt gradus exaltationis solis & planetarum fortunarum. sicut. 19. arietis. 3. tauri. 15. cancri. 27. pisciũ. Similiter sunt illi in quibus adiunguntur termini fortunarum: sicut. 13. Sagittarij &: 13. pisciũ. & sunt etiam gradus terminorum fortunarum. Et gradus in quibus sunt stellæ fixæ de natura fortunarum. Et e contrario in quibus sunt stellæ de natura infortunarum. Et postea dicit ℘ omnes duo gradus qui sunt eiusdem longitudinis a capitibus signorum mobilium sunt eiusdem fortitudinis. Et dicuntur consortes sicut. 20. gradus capricorni &. 10. gradus Sagitarij. Isti enim duo gradus æqualiter distant a capite capricorni. &. 20. libræ. &. 10. virginis æqualiter distant a capite libræ. Et. 20. cancri &. 10. geminorum æqualiter distant a principio cancri. &. 20. gradus arietis. &. 10. pisciũ æqualiter distant a principio arietis. Ptolemæus dicit 229. propositiõe primæ partis. Astrologi cæteri multum locuti fuerunt de gradibus & diuiserunt eos in gradus lucẽtes/lubricos/ & fumosos. Et sunt ex eis azemena: & sunt ex eis putei. Et locuti fuerunt de alijs multis sicut inuenies per multos libros astronomiæ. Et si hoc inuenerunt experientia bonum est quod operaris per hoc. Et forsitã si eis accidit ℘ aliquis planeta vel stella fuit in gradu vel eius radius & fecit fortunam: ceciderunt ℘ gradus hoc fecerit. Et si quidem ita est conuenit vt te mutes de vno gradu in alium. Et hic finem imponamus nostræ rationi. Videtur per istam literam ℘ Ptolemæus non multum approbat gradus augmentantes fortunam &c. Dicit enim si ita est conuenit vt te mutes de vno gradu in alium. gradus enim dicuntur lucidi vel tenebrosi propter stellas fixas ibi existentes. Et vult Haly

ſecundum q̄ preallegatum fuit q̄ gradus dicuntur augmentantes fortunam in quibus ſunt ſtellæ de natura fortunarum Cōſtat autē q̄ ſtellæ fixæ mutant loca ſua reſpectu zodiaci nonæ ſphæræ. Ex illa litera Ptolemæi poteſt trahi q̄ iudicia debent fieri ſecundum nonam ſphæram & non ſecundum octauam. Ex quo enim vult q̄ iſtos gradus oportet mutare: conſequens eſt q̄ gradus ſecundum quos debent fieri iudicia non mutantur. Albumazar in introductorio ſuo ponit iſtos gradus ſcilicet maſculinos & fœmininos lucidos & tenebroſos &c. Et dicit ibi ſi planeta in natiuitate vel interrogatione maſculi fuerit in gradu maſculino vel in natiuitate fœminina vel interrogatione in gradu fœminino erit cuius ſignificatio fortior. De gradibus lucidis tenebroſis & fumoſis dicit ſi ceciderit planeta in gradu lucido: erit eius ſignificatio fortior in ſignificatione honorum & ſignificat pulchritudinem. Et ſi ceciderit in gradu tenebroſo ſignificat duritiem & tarditatem & horribilem rem & tenebroſam & malam. Et cum ceciderit in gradu fuſco: vel vmbroſo vel fumoſo/ vel in gradu vacuo: ſignificat modicum horribile. Et ſi ceciderit planeta in gradu putei abibit ei⁹ pulchritudo & aſpectus: & debilitatur in ſignificatione ſua. Fortunæ nāq̄ cum ceciderint in eos debilitantur in ſignificatione earum. Mali vero cum ceciderint in eos debilitatur ſignificatio eorum. Et fortaſſis ſignificabit fortunam accidentalem propter debilitatem eorum ſuper malum. De gradibus augmentantibus fortunam/ dicit: antiqui putauerunt q̄ in circulo erunt gradus augentes fortunā. Et dixerunt q̄ planetæ cum non fuerint in locis ſignificantibus fortunam nati/ & fuerit luna vel pars fortunæ in his gradibus aut fuerint ipſi gradus aſcendentes: augent fortunam nati. Et ſi planetæ ſignificauerint ſibi caſum. Iſti gradus mouent eum in ſublimationem per aliquam quātitatem quodam motu. De gradibus ſublimitatis dicit. Quidam dixerunt q̄ cum aſcendens fuerit aliquis iſtorum graduū aut fuerit ſol in natiuitate diurna: aut luna in nocturna in quibuſdam eorum & fuerit in loco optimo in figura Et cum hoc ſignificauerint planetæ radicis natiuitatis fortunam perducet natum ad ſublimitatem & ſedem nobilitatis: & dominabitur terris & ciuitatibus: & poſſidebit diuitias multas.

ET QVIA AVXILIANTE DEO. Pri⁹ autor determinauit de eſſe circuli ſignorū eſſentiali: hic determinat de eſſe accidētali ipſi⁹. Et diuidit in duas partes: quoniā primo cōtinuat dicta dicēdis. Scdo proſequitur ibi: nā circulus ſignorū. Et illa diuiditur in duas partes: quoniā primo determinat de di-

uiſione accidentali circuli ſignorum. Secundo determinat de proprietatibus & ſignificationibus conſequẽtibus ipſam diuiſionem: & incipit ibi: quarta autem pars quæ eſt ab aſcendente. Et illa diuiditur in duas partes: quoniã primo ponit proprietates & ſignificationes quartarum. Secundo ponit ſignificationes ſingularum domorum. & illa incipit ibi: & vnaquęq; domorum. Primo dicit/ poſtq̃ compleuit eſſe eſſentiale circuli ſignorum: nũc vult tractare de eſſe accidẽtali ipſius. Poſtea dicit q̃ circulus figuratur qualibet hora tali figura/ quæ diuiditur in quatuor partes: quas diuidit circulus horizontis & circulus meridianus Et quælibet iſtarũ quartarum diuiditur in tres partes ęquales/ ſecundum diuiſionem ſigni aſcendentis in circulo directo. Et hoc modo diuiditur totus circulus in. 12. partes quæ vocantur turres vel domus: cuius expoſitio eſt in canonibus tabularum. Intelligendi ſunt duo circuli magni tranſeuntes per polos mundi: quorum vnus eſt circulus meridianus/ & alter circulus tranſiens per punctum zodiaci: qui eſt in contactu horizontis orientalis/ & per punctum oppoſitum ſcilicet qui eſt in contactu horizontis occidentalis: interſecans circulũ meridianum ſuper polos mundi. Iſti duo circuli diuidunt totum cœlũ in quatuor partes: quę quandoq; inter ſe ſunt ęquales quãdoq; inæquales: vt plurimũ tamen ſunt inæquales. Si enim principium Arietis vel principiũ Libræ fuerit in aſcendente: iſtę quatę ſunt ęquales. In omnibus autẽ alijs diſpoſitionibus ſunt inęquales. Poſtea intelligatur portio circuli ęquinoctialis/ intercepta inter circulum meridianum & circulum tranſeũtem per initium aſcẽdentis: diuidi in tres partes æquales. Similiter alia portio circuli æquinoctialis quæ eſt ab aſcendente vſq; ad inferiorem partẽ circuli meridiani ſcilicet ad angulum terrę: intelligatur diuidi in tres partes æquales Deinde imaginẽtur circuli magni tranſeũtes per diuiſiones prędictas & per polos mundi. tũc portio zodiaci interceptа inter quoſlibet duos circulos proximos eſt vna domus. Hęc eſt poſitio Ptolemæi: & iſta tenetur cõmuniter. Eſt etiã alia imaginatio de domibus quam tenet Abraham Auenezra: Et imaginatur tranſire circulos per diuiſiões æquinoctialis: & per interſectionem circuli meridiani & horizõtis in parte ſeptentrionis. Iſta via communiter non tenetur: ideo non curo eam multum explanare. Inuenire autem principia. 12. domorum per aſtrolabium: non eſt difficile immo leue. cuius doctrinam hic interponere eſſet longũ & ſuperfluum: cum in canonibus aſtrolabij fuerit poſita ſufficienter. Qui autem voluerit domos æquare per tabulas in canonibus tabularum primi mobilis: & doctrinam cõpletam inueniet. Deinde dicit autor principium huius diuiſiõis eſt aſcendẽs: cuius ini-

tium eſt in puncto hemiſphærij ex parte oriẽtis. Deinde ſequitur ſecunda domus/deinde tertia: & ſic vſq; ad duodecimam.

QVARTA AVTEM PARS. Hic autor ponit proprietates & ſignificationes circuli ſignorum conſequentes diuiſionem eius accidentalem. Et dicit q̃ quarta pars circuli quæ eſt ab aſcendente vſq; ad medium cœli ſcilicet. 12. domus. 11. &. 10. dicit quarta orientalis maſculina aduenies. Et ſignificat initium vitæ & vocatur puerilis ſanguinea. Et alia quarta eſt a medio cœli vſq; gradum occidẽtis ſcilicet. 9. 8. &. 7. domus dicitur meridiana fœminina recedens a nobis: & ſignificat mediam ętatem quæ vocatur perfectio iuuẽtutis. & vocatur ęſtiualis & cholerica. Tertia quarta quæ eſt a gradũ occidentis vſq; ad angulũ terrę ſcilicet. 6. 5. &. 4. domus eſt occidentalis maſculina accedens ad nos. & ſignificat finem vitæ: & vocatur autumnalis melãcholica. & eſt mediocris ętatis. Quarta pars quæ eſt ab angulo terræ vſq; ad aſcendẽs ſcilicet tertia ſecunda & prima domus eſt ſeptẽtrionalis fœminina recedens a nobis: & ſignificat quod accidit homini poſt mortem eius quantum ad memoriam hominum/ſcilicet vtrum dicatur de ipſo bonum vel malũ. Et hæc pars vocatur ſenilis flegmatica defectiua & hyemalis. Et eſt recte comparatio quã autor ponit hic ſicut illa quam poſuit in diuiſione eſſentiali circuli. excepto quod addit hic q̃ ſignificãt initium & medium & finem vitæ: & quid accidat homini poſt mortem eius. Poſtea dicit q̃ tota illa medietas quę eſt a medio cœli eundo per aſcendens vſq; ad quartam domum/vocatur medietas aſcẽdẽs. Et alia medietas quę eſt a quarta domo eũdo per gradũ occidentis vſq; ad mediũ cœli vocatur aſcẽdens. Et tota medietas quæ eſt ſuper terrã vocatur dextra: & illa quæ eſt ſub terra vocatur ſiniſtra. Deinde dicit q̃ prima domus &. 4. &. 7. & 10. vocantur anguli. Et. 2. 5. 8. &. 11. vocantur ſuccedentes angulis 3 autem. 6. 9. &. 12. vocantur cadentes ab angulis. Deinde addit quoddam notabile: & dicit. eũ planeta fuerit in angulo vel in ſuccedente/dicitur proficere. & ſi fuerit in cadentibus/dicitur deficere.



T VNAQVEQVÆ ISTARVM DOMOrũ. Hic autor ponit ſignificatiões proprias cuiuſlibet. 12. domorũ. tota iſta pars poteſt diuidi in quatuor: quoniam in prima parte ponit ſignificatiões. 12. domorum quantũ ad eſſe hominum. In ſecunda parte ponit ſignificationes domorum quantum ad colores. In tertia parte ponit quaſdam regulas quæ poſſunt dici aphoriſmi. In quarta parte docet eligere ſignificatores. Prima incipit in principio. Secunda incipit ibi: ſignificant &. 12. domus colores. Tertia

ibi:& dicitur in ſignificatione domorum. Quarta ibi:& cum vo-
lueris ſcire planetam dominatorem rei. Prima pars poteſt diuidi
in duodecim partes ſecundum ꝙ ponit ſignificationes. 12. domo-
rum:& vbi incipiũt patebit. Primo dicit ꝙ vnaquęq; dom⁹ ſigni-
ficat aliquid de eſſe hominum. Nam prima domus quæ incipit ab
horizonte orientali quæ vocatur aſcendens:ſignificat corpora ho
minum & vitam:initia omniũ operum in interrogationibus & lo-
cutionibus & rumoribus & cæteris talibus. Et ſignificat cogitatio
nem quęrentis ſcilicet quod quęrens habet in animo. & ſignificat
principium vitæ. Et dominus triplicitatis primæ domus. primus
ſignificat vitam & naturã nati ſeu interrogãtis: & eius delectatio-
nes atq; voluntates quid diligat vel quid odio habeat:& quid boni
vel mali accidat ei in initio vitæ. Et ſecundus dominus triplicita
tis huius domus ſignificat vitam & corpus & virtutẽ ſiue fortitudi
nem nati & medium vitæ. Tertius dominus triplicitatis ſignificat
Idem ꝙ ſocij. & ſignificat per ſe finem vitę. Ex iſta litera poteſt col
ligi:ꝙ ſi primus dominus triplicitatis huius domus fuerit fortior
alijs duobus/erit prima pars vitæ melior:& ſic de alijs duobus in-
telligas. ¶Circa iſtam domũ quædam ſunt notãda. Notandũ eſt
primo de intentione quęrentis quod dicit Ptolemęus in. 94. pro-
poſitione centiloquij. Locus fortioris ſignificatoris in aſcendente
eſt id quod eſt in animo interrogantis. Ideoq; cũ volueris ſcire in-
tentionem quęrentis:vide quis planetarum habeat plus fortitudi-
nis in aſcẽdẽte in illa hora quando venit ad te animo interrogãdi.
& vide in qua domo ex. 12. domibus ſit ille planeta. & dicas ſecun-
dũ ſignificatiões illius domus in qua fuerit. Verbi gratia. Pono ꝙ
aſcendens ſit leo & ſol habeat plures fortitudines in gradu aſcẽdẽ
te:& pono ꝙ ſol ſit in. 2. domo:dico ꝙ intẽtio ſua eſt petere de ſub-
ſtãtia ſua vel de lucro:vel de aliquo conſimili. Et ſi ſol fuiſſet in ter-
tia domo:dixiſſem ꝙ vellet petere aliquid de eſſe fratris vel fratrũ
& ſic de alijs domib⁹ ſuo modo. Et ſi veniẽs ad te: tenuerit aliquã
rem in manu ſua vel alio modo eã occultauerit:& ſi volueris ſcire
ſubſtantiã & naturã illius rei: aſpice planetã fortiorẽ in aſcẽdẽte/
ſi aſpexerit aſcendẽs:erit illa res de ſubſtantia ſigni aſcẽdentis: Si
non aſpexerit aſcendẽs/erit de ſubſtãtia ſigni in quo eſt planeta. Si
fuerit ſignũ terreũ:erit de natura terrę vel aliqua res quę naſcitur
de terra. Si fuerit ſignũ aquaticũ:erit aliqua res de natura aquę: vel
quę naſcit in aqua. Si fuerit aereũ:erit aliqua res de natura aeris.
Si fuerit ſignũ igneũ:erit aliqua res q̃ operat pignẽ. Et ſi volueris
ſcire colorẽ rei:aſpice dominũ horę & ſcdm colorẽ illi⁹ iudica. De
coloribus planetarũ dicet poſtea vbi loquet de naturis planetarũ
domio cõcedẽte. Et ſi volueris ſcire vtrũ res ſit noua vel antiqua/

aſpice lunam: ſi fuerit ſuper terrã/ erit noua. ſi fuerit ſub terra: erit antiqua. Et ſi volueris ſcire vtrum ſit lõga vel breuis: aſpice dominum termini gradus anguli terræ: qui ſe fuerit in auge ſui circuli/ erit res longa. Si fuerit in oppoſito augis/ erit breuis. Si in lõgitudinibus medijs: mediocris inter longum & breue. Hæc eſt ſententia Ptolemęi in. 90. propoſitione centiloquij. Cum aſpexerit ſignificator aſcendens &c. Dicit Haly Abenragel ſi aliquis quæſierit a te de vita ſua vtrum ſit longa vel breuis: aſpice dominum aſcendẽtis & lunam. Si fuerit ſalui ab infortunis: ſignificant longam vitã. Et ſi fuerint combuſti vel infortunati: ſignificant paruam vitam. ¶ Notandum eſt circa nutritionem ſcilicet vtrum puer ſit vitalis vel non. Dicit Haly Abenragel quãdo domini triplicitatis luminaris temporis/ vult dicere domini triplicitatis ſigni in quo eſt ſol ſi fuerit natiuitas diurna/ vel ſigni lunæ in natiuitate nocturna fuerint in aſcẽdente: vel in. 10. domo vel. 11. vel. 5. eſt ſignificatio bonæ ac leuis nutritionis. Et ſi fuerint in ſeptima: ſignificant malam nutritionem: & anxiam atq; laborioſam. Quando gradus aſcendẽs & luminare tẽporis dãnati fuerint: ſignificat ♀ non nutrietur niſi domini triplicitatis fuerint ſalui & firmi in angulis. Quando luna fuerit infortunata in aſcendente: nutritionem nõ ſignificat. Quãdo luna fuerit in. 4. domo iuncta corporaliter cum infortuna aut de quarta vel oppoſitione/ aſpicit infortunam: ſignificat ♀ nõ nutrietur & mater eius eſt in periculo / aut forſitan morietur. Dicit Abraham Auenezra. Si dominus aſcendentis fuerit combuſtus: natus non viuet ſpaciũ. 8. dierum. Portata fuit mihi natiuitas vnius pueri cuius aſcendens erat virgo/ & Mercurius fuit in piſcibus in detrimento ſuo retrogradus & combuſtus. & ego credidi huic dicto: & dixi ♀ puer nõ viueret per octo dies/ & mortuus fuit in ſexta die. Dicit Haly Abenragel: coniunctio planetarum humanitatem non ſignificat. Vult dicere coniunctio plurium planetarũ in aſcendente non ſignificat nutritionem. Et ponit ibi vnum exemplũ notabile. Dicit: vocauit me rex noſtrę ciuitatis: & vna ex mulieribus peperat filium: & fuit aſcendens libra. 8. gradus/ terminus Mercurij: & fuerunt in eo Iupiter/ Venus/ Mars & Mercurius: & conuenit ibi vna ſocietas aſtrologorum: & quilibet eorũ ſuam opinionem dixit: & ego tacui. Rex dixit mihi quid habes ♀ non loqueris? Cui reſpondi. date mihi terminum trium dierum: quia ſi filius veſter tranſierit tertium diem: erit de ipſo miraculũ magnũ. Et quando natus completas habuit. 24. horas poſuit ſe ad loquẽdum: & locutus fuit & fecit ſignum cum manu: & rex multum expaueſcebat inde. Et dixit poſſibile eſſe ♀ diceret aliquam prophetiã vel aliquod miraculum. Et rex iuit ad natũ: & nos cũ eo ad audiẽ-

dum quid diceret. Et infans dixit: ego ſum natus infortunatus & natus ſum ad iudicandum amiſſionem regni & deſtructionem gentis Almanam. Hinc ſtatim cecidit natus & mortuus eſt. ¶ De his qui moriuntur anteq̃ recipiunt cibum dicit Ptolemęus in quadripartito. generaliter dico q̃ quãdo aliquod luminare fuerit in aliquo angulorum & fuerit ſimiliter aliqua infortuna participationẽ habens cum eo in longitudine quę ſit cum eo gradu per gradum: vel ipſum aſpiciens in figura duorum alterum æqualium. Nec habuerit cum eo fortuna participationem de figura. Et diſpoſitor luminariũ loci: inuentus fuerit in locis planetarũ infortunarum/ natus ille non recipiet cibum/ & morietur hora qua naſcetur. Dicit Abrahã cum fuerit cauda draconis in aſcendẽte natiuitatis natus ille erit cęcus: & ſecũdum diſtantiã eius a gradu aſcendentis erũt anni. Verbi gratia. ſi fuerit in. 10. gradu ab aſcẽdente cęcabitur in 10. anno. Electiones huius domus ſunt incœptiones rerum. ſicut incipere ędificare vel aliquid conſimile. Dicit Hiſpalenſis in electionibus primę domus. Si ſcieris natiuitatem alicuius: caueas in electione ſua ne ponas ſignum in aſcendente in quo fuit infortuna in ſua natiuitate. Si autem ignoraueris natiuitatem: elige ſecundũ naturam rei pro qua fit electio. Verbi gratia. ſi fit electio pro incipiẽdo ſcribere aliquem librum/ fortificetur Mercurius. Si pro eũdo ad bellum/ fortificetur Mars. Si pro ędificando ponatur ſignũ fixum in aſcendẽte. Dicit idem Hiſpalenſis volens horam ſanguinis minuendi eligere: fac vt ſit luna in trino vel ſextili aſpectu Martis. & caue ne ſit cõiuncta cũ eo corporaliter vel in quarto vel in oppoſito eius. Et fac vt ſit luna in ſigno humoris minuendi.

SECVNDA DOMVS. Hic autor ponit ſignificatiões ſecũdę domus. Et dicit q̃ ſecũda domus ſignificat ſubſtãtiã & victũ & auxiliatores & miniſtros/ & ſignificat finẽ iuuẽtutis. Et Anduzgã dixit. vide qs extrib⁹ dominis triplicitatis dom⁹ ſubſtantię ſit fortior in ſe ideſt in loco in quo eſt in ſigura: & habent facies ſignificatorem ſubſtantiæ. Qui ſi fuerit in decima domo: habebit ſubſtantiam a rege. Et ſi fuerit in domo fiducię/ ideſt in vndecima/ erit melius. Alia litera habet ſi fuerit in domo fidei: erit magis. Credo quod prima litera ſit vera. Domus enim fiduciæ: eſt domus ſubſtantiæ regis. Et primus dominus triplicitatis: dat ſubſtantiam in principio vitæ. qui ſi fuerit fortunatus erit natus dies in principio vitæ. Secundus dat ſubſtantiam in medio vitæ. qui ſi fuerit fortunatus/ erit natus dies in medio vitæ. Tertius dat ſubſtantiam in fine vitæ. qui ſi fuerit fortunatus erit natus dies in fine vitę. Et ſimiliter intellige de infortunijs

eorum: ideſt ſi aliquis eorū fuerit infortunatus/ amittet natus ſubſtantiam in illa parte vitæ quæ ei attribuitur. Dicit Hiſpalenſis in canonibus huius domus/conſidera vtrum dominus ſecundæ domus ſit in aſcendente vel dat vim ſuam domino aſcendentis & nō ſit in domo lapſa: ſi ſic/habebit lucrum ſine labore. et ſi ecōtra fuerit ſit econuerſo. Et ſi Iupiter fuerit in natali angularis vel ſit in ſuo honore vel habeat vim in aſcendēte vel conſideret partem fortunæ: vel ſit dominus domus ſolis in natali diei: vel dominus domus lunæ in natali noctis: vel ſit dominus horæ nō deerit nato cē ſus in vita ſua. quia hic ideſt Iupiter eſt dominus ſubſtātiæ. Si vero dominus aſcendentis aſpiciat dominum ſubſtantię vel ſuam domum vel partem fortunæ aſpectu inimicicię: deſtruet ſubſtantiam manu ſua propria. Si dominus aſcēdentis fuerit in ſecunda domo infortunatus dabit proprio velle ſubſtantiam ſuam. Si vero ſit ibi planeta infortunatus qui non ſit dominus aſcendentis/capietur ab ipſo vi ſiue furto. Si capricornus ſit aſcendens: natus erit cupidus & auarus: quia dominus aſcendentis & dominus ſecundę ſunt idē ſcilicet Saturnus. Dicit Ptolemęus in canonibus huius domus. res pertinentes ad lucra ſubſtantiæ: quomodo erunt/conuenit nobis perquirere a parte fortunę ſolummodo: quā ſcimus ſemper per id quod eſt inter ſolem & lunam & proiicitur ab aſcendente in naſcē tibus de die & in naſcentibus de nocte. Iuxta quod notandum eſt ☍ pars fortunæ ſecundum Ptolemæum proiicitur hoc modo. ſubtrahatur verus locus ſolis a vero loco lunę: & quod remanſerit cō putatur a gradu aſcendētis/& vbi numerus finitur ibi eſt pars fortunę, hoc modo iubet Ptolemęus ſemper facere ſiue fuerit in die ſiue in nocte. De hoc prolixius dicetur deo cōcedente in expoſitione quintæ differentiæ ibi enim habet locum. Poſtea dicit Ptolemęus iudicium huius eſt iſtius maneriei. Volo dicere accipe planetas gubernatores ſigni. Dicit ibi Haly ☍ regula per quam ſcimus nati diuitias eſt. accipe planetas gubernantes locum partis fortunę & prępones illū qui habuerit ibi plures dignitates. Deinde dicit Ptolemęus ☍ quādo gubernatores partis fortunę fortes & potentes fuerint: erit natus magnarū diuitiarū maxime ſi duo luminaria teſtificabuntur ibi teſtimonio cōcordato: id eſt aſpectu trino vel ſextili. Ptolemęus ſcias quod Saturnus ſignificat quod diuitiæ nati erunt ex parte mulierū: aut pro labore terræ: aut per maria. Et Iupiter ſignificat quod diuitię erunt pro ſeneſcalia vel pro donis bonorū & religioſorum. Et Mars ſignificat ☍ diuitię erunt producēdo milites: aut gubernādo homines armorū. Et Venus ſignificat ☍ diuitiæ erunt pro donis amicorū & mulierū. Et Mercurius ſignificat quod diuitię erunt pro ſcientijs & mercimonijs. Di

cit Haly Abenragel debemus in hoc primitus inſpicere ad ſtellas fixas quæ ſunt primæ in ſecundæ magnitudinis. Et ſi aliquam earum inuenerimus in gradu aſcendentis: vel in gradu decimæ domus: aut in gradu ſeptimę: aut in gradu quartę: aut ī gradu ſolis ſi natiuitas fuerit diurna: vel in gradu lunę ſi natiuitas fuerit nocturna. Et melior horum locorū omniū eſt gra. aſcendēs. deinde gra. 10. domus: deinde gradus ſeptimæ: deinde quartæ. Et ſi de prædictis ſtellis fuerint in duobus locis: vel in tribus: aut pluribus ſi natus fuerit cū hoc de progenie regis erit rex altus. Et ſi de progenie regali nō fuerit: habebit potētiā & mādatū ſimile potētiæ & māda to regis. & perueniet ad magnam nobilitatem & altū dominium & prēcipiet ciuitatibus vllis & genti. Et ſcias quod ſtellę fixę ſcilicet primi honoris eleuant hominem ad altū gradū & magnā dignitatem & permutāt de infimo ad ſupremū. Hoc idē dicit Ptolemęus in. 29. propoſitione centiloquij. ſtellę fixę dant dona modum excedentia: ſed multotiens finiunt in malum. Dicit Haly in cōmento eiuſdem propoſitionis. cum hæ ſtellæ ſolę prēfuerint: ideſt ſine teſtimonio fortunarū planetarum: erit mors illorum mors peſſima. Dicit Haly Abenragel. quando pars fortunę fuerit cadēs: & in malo loco: vel fuerit ſub radijs ſolis/ aut in radijs infortunæ & dominus eius in loco peregrino/ ideſt in loco in quo nullā habet dignitatē/ & dominus ſecundę domus nō aſpexerit aſcēdens: natus erit laborioſus & pauper & anguſta & miſera vita viuet. Nō eſt bonus ſol neq; Mars neq; Saturnus in ſecūda domo in aliqua natiuitate nec inde natus bonū habebit: quoniā ſol deſtruit planetas: & aufert eis lumen: & Mars eſt ſignificator impedimentorū laborum & deſectus ſubſtantiæ. Saturnus ſignificat paupertatē & indigētiā. & peius hoc toto eſt ſi dominus domus ſubſtantię fuerit cōbuſtus cū damnatione partis fortunæ. Dicit Abrahā Auenezra ſi volueris ſcire quis naſcentiū fuerit pauper vel diues: aſpice dominum ſecundæ domus qui ſi fuerit fortunatus erit diues: ſi cōbuſtus vel retrogradus vel in caſu ſuo erit pauper: ſicut dictū eſt in natiuitatibus ita intellige de quæſtionibus. De electiōibus quæ fiunt in hac domo dicit Hiſpalenſis ſi volueris emere aliquā rem cauſa lucrandi: aſpice vt ſit luna in aſpectu trino vel ſextili ſoli: & caueas ne ſit ſub luce Solis. & melius eſt vt dominus aſcendentis det vim planetæ exiſtenti in decima vel vndecima domo: ita quod reſpiciens nō ſit retrogradus. Si Iupiter ſit in aſcendete quartadecima vel vndecima vel ſecunda domo bonū eſt. Aſpice etiam vt ſit pars fortunę in bono loco: & melius eſt vt dominus partis eam aſpiciat vel Luna vel Sol.

TERTIA DOMVS. Hic ponit significationes tertiæ domus: & dicit quod tertia domus significat fratres & sorores/propinquos & cognatos & dilectos: & significat fidem ac religionem/mandata & legatiões: mutationes/& itinera breuia. Et significat esse vitæ ante mortem. Et dicit Anduzgaz: dominus triplicitatis huius tertiæ domus: primus significat fratres maiores. Secundus mediocres Tertius minores: & eorum status & dignitas iudicatur secũdum status istorum dominorũ. Dicit Haly Abenragel: quãdo sol fuerit dominus tertiæ domus ab ascendente & combusserit dominum secundæ domus/aut partem substantiæ: significat quod natus perdet substantiam occasione fratrum: & soluet pro eis impositiones/amissiones & damna multa. Quando dominus tertiæ domus & pars fratrum vel Iupiter fuerint in signis communibus vel signis multorũ filiorum & fortunæ aspexerint eos aspectu amicitiæ: & cum receptione: significat quod natus ille primogenitus est a fratribus suis: & quod habebit fratres potentes & bonos. Si dominus domus fratrum fuerit combustus/aut pars fratrum fuerit cõbusta/vel si sol fuerit in domo fratrum aut in opposito Iouis: hæ sunt significationes paucorum fratrum & quod destruentur & expergentur. Quando dominus domus fratrum infortunatus fuerit super terram: significat quod damnum & occasio perueniet in fratribus qui fuerint ante eum. Et si habuerit istud infortunium eo existente sub terra malum: & damnũ istud perueniet ad fratres qui erunt post eum. Et hoc modo dices in bono & fortuna quando fortunatus fuerit in locis bonis & fortibus. Si dominus domus fratrũ fuerit in ascendente: significat natum esse primogenitum: vel erit solus sine hoc quod vnq̃ fratres habebit vel sorores. vel quando inter ascendens & medium cœli non fuerit aliquis planeta significat similiter quod natus est primogenitus. Et si aliqui fratres nascentur post eum/perdentur. Et si forte aliquis ex eis remanserit: semper tamen erit maior & melior. Quando in aliqua reuolutione annorum nati fuerit dominus tertiæ domus in decima ab ascendẽte natiuitatis/aliquis fratrum eius morietur in illo anno. Similiter si dominus tertiæ radicis natiuitatis fuerit in decima domo reuolutionis. hoc est ideo quia decima domus ab ascendente est octaua a domo tertia. Si aliquis quæsiuerit a te de statu fratris sui: aspice signũ tertiũ ab ascendente quę est domus fratrũ/& dominũ suę triplicitatis & dominum illius domus & quæ ex fortunis vel infortunis aspicit ipsum & in quo loco est: quia si inueneris dominum tertiæ domus in sexta domo/vel applicantem domino sextæ domus: aut dominum sextæ in tertia: dicas quod frater eius est infirmus.

Et ſi ipſum inueneris in quinta vel .11. dicas quod frater eius non eſt in loco ſuo: quia iuit extra locum ſuum. Et ſi inuenerisdominum tertiæ domus infortunatum: aut in .12. dicas quod frater eius eſt in anxietate aut in infirmitate. Et ſi inueneris dominum tertię cum Marte ambos coniunctos & combuſtionem intrantes ſub radijs ſolis. dicas quod nō euadet ab infirmitate. Et ſi ambo combuſti fuerint iudica modis omnibus mortem. Et hoc modo inſpicias ſi interrogatus fueris in rebus pertinentibus ad alias domus: vt de patre vel filio vel vxore &c. Dicit Hiſpalēſis: volēs incipere proximum iter/ fac vt planeta fortunatus aſpiciat domū tertiā vel eius dominum ita quod non ſit ibi malus vel eius quartus aſpectus vel oppoſitus. Si eſt luna in tertia domo: bonum eſt. Cācer/ Leo & Capricornus: mali ſunt pro breui itinere. Luna in aſcendentevel in quarta domo in omni electione malum Cauēdum eſt ne Luna ſit in via combuſta quæ eſt a .19 gradu libræ vſq; ad tertium Scorpionis. Cauendum eſt etiam ne ſit luna prope caput vel caudā draconis infra .12. gradus.

QVARTA DOMVS. Hic ponit ſignificationes quartæ domus. Et dicit ꝙ quarta domus ſignificat patres & hęreditates & fines rerum: & ſignificat theſauros & omnes res occultas & abſconditas: & ſignificat finem vitę. Et dicit Anduzgam dominus triplicitatis quartæ domus. primus ſignificat patres. ſecundus ſignificat ciuitates & terras. tertius ſignificat finem rerum & carceres. Dicit Haly Abenragel. Aſpice ſtatū patris a dominis triplicitatis quartæ domus. Si dominus triplicitatis quartę domus primus fuerit in domo vel in exaltatione ſua: aut in ſuo haim receptus a ſole vel Iue/ & fuerit in alto loco medij cœli vel in quinta domo: ſignificat bonum ſtatum/ patris nobilitatem/ altitudinem & diuitias/ poſſe & longam vitam & bonam fortunam. & hoc ſi ſignum in quo fuit hic planeta fuerit maſculinum: tamē ſi ſignum ipſum fuerit fœmininū ſignificat matri ea quæ diximus: & maxime ſi planeta fuerit fœminus. Quid ſit haim: exponetur poſtea deo cōcedēte. Et ſi ſecūdꝰ dominus triplicitatis quartę domus fuerit fortunatꝰ: pater habebit terras & populabit eas & laborabit in eis: & habebit ex hac parte bonam vtilitatem aut lucrum. Et ſi fuerint hi planetę in eſſe diuerſo ſeu contrario contrariū iudica. Et ſi dominus triplicitatis quartæ domus tertius fuerit fortis & fortunatus vt prędiximus: pater erit homo qui extrahet theſauros & vineas incidet: & aptabit lapides pretioſos. Et ſi fuerit in diuerſo ſtatu ab eo quod diximus erit inciſor lapidum vel laborabit in materijs malis & fœtentibus. Si ſol in natiuitatibus diurnis vel Saturnus in nocturnis. Et pars pa

tris ſimiliter aſpexerint aſcendẽs vel eius dominum de quarto vel oppoſitiõe: ſignificat ♀ pater nati filium abhorrebit & odiet eũ & procurabit vt interficiatur. Et ſi luna & pars matris aſpexerint aſcendens vel eius dominum abhorribilitas illa & maliuolentia in filiũ erit a matre. Dixit Hermes quarta domus eſt fouea planetarum quoniã eſt in fundo circuli cœli & ĩfirmitate: & eſt in trino aſpectu. 12. domus. quæ eſt domus tenebrarum laborum anxietatum & carcerum: & eſt gaudium infortunę maioris: & eſt in ſextili aſpectu ſextæ domus quę eſt domus tenebroſa infirmitatis & dãni & gaudium infortunæ minoris. Quando aliquis planeta fuerit in quarta domo & in ſuo caſu: eſt ſicut homo in ſolitudine ſuffocatus donec exeat inde. Dicit Haly Abenragel quando pars fortunæ fuerit infortunata in ſigno maſculino iudica quod pater prius morietur quã mater. Si in ſigno fœminino: mater prius morietur quam pater: pars patris accipitur de die a ſole in Saturuum: & de nocte e contra & proijcitur ab aſcendẽte. Pars matris accipitur in die a Venere ınlunam & de nocte econtrario & proijcitur ab aſcẽdente. Si dominus partis patris fuerit ſuper terrã & dominus partis matris ſub terra: iudica ♀ mater prius morietur q̃ pater. Et ſi contrarium fuerit: contrarium iudica. Dicit Haly Abenragel dixit Alhezen filius Alhezib. Quadam die cum eſſet cum abolabem & fuit cum eo Meraeſo venit ad me quidam ſenex & dedit mihi charta vnam: in qua ſcripta erat vnius natiuitatis figura. & dixit mihi quod aſpicerem in eadẽ figura. & ego quæſiui ab eo cuius erat illa figura ſeu natiuitas. qui reſpõdit quod erat cuiuſdam filij ſui. & dum inſpicerem & cogitarem in ea: abolabẽ accepit eam de manu mea & aliquantulum aſpexit in ea & dixit. Primum ♀ in hac natiuitate videmus/ eſt ♀ natus iſte ortus eſt de adulterio quia nõ eſt filius illius qui dicit ♀ filiꝰ ſuus eſt. Ego dixi vnde habes hoc. & reſpondit, ſenex iſte dicit quod hæc natiuitas eſt filij ſui & pater nati cuius eſt hæc natiuitas iam ſunt quatuor anni ♀ deceſſit & obijt eodem anno quo natus ortus fuit. Et ego quæſiui vnde habebat hoc. & ipſe dixit. ego aſpexi ad gradum patris & inueni eum in oppoſito matris. & non erat inter eos plus vno gradu. Et inueni partem patris in. 11. domo ab aſcendente quæ eſt octaua & quarta & erat inter Martem & Saturnum vnus gradus: propter quod iudicaui ♀ pater huius nati anno quo natus fuit ortus/ deceſſit. & hic ſenex dicit quod eſt filiꝰ eius vnde natus adulterinus eſt. & tunc ſenex dixit. ego non ſum pater huius nati ſed eſt filius filij mei & filius meus. pater eius deceſſit eodem anno natiuitatis iſtius ſicut hic homo bonus dixit.

QVINTA DOMVS. Hic ponit autor significatio nes quintæ domus. Dicit quod hæc domus significat filios tam masculos q̄ fœmininos. Et significat dilectiones & legatos siue nuncios & dona. Et ꝙ futurum sit post mortem ex laude vel vituperatione. Et dixit Anduzgam quod dominus triplicitatis domus filiorū primus significat filios & vitam eorū. Secūdus designat dilectiones. Tertius significat legatos siue nuncios. Dicit Ptolemęus in rationibus huius domus conuenit vt inspiciamus ad planetas existentes in loco zenith capitum nostrorum & ad locum qui sequitur illum. & est locus fortunæ & ad locum participem cū illis in figura. Dicit Haly in cōmento. locus qui est zenith capitum nostrorū est. 10. domus. & locus qui sequitur est. 11. domus/ quæ est domus fortunæ. Et regula qua sciemus esse filiorum est accepta a planetis existentibus in his locis aut existentibus in locis participantibus cum eisdem sicut est ascendens &. 7. domus: quia vtraq; earū participat cum. 10. &. 11. Et si nō inuenerimus in his locis planetam inspiciemus si quos inuenerimus in. 4. domo. vel. 5. & acciemus inde significationē. Dicit Ptolemęus & luna Venerem & Iouem iudicabimus in dando filios. Solē Martem & Saturnum in auferendo. & dabimus Mercurium participatorem cum quocūq; eorum qui secum participet in figura. Dicit Haly in cōmento. Si fuerit ī locis prędictis aliquis ex planetis fortunis: significat ꝙ habebit filios. Si aliquis ex infortunis: nullum habebit filiū/ & si habuerit: erunt debiles & pauci. Et si Mercurius participationē habuerit cum fortunis/ erit fortuna: si cum infortuuis erit infortuna. Dicit Ptolemæus & est propositio. 144. quartæ partis. 9es particulares filiorum poteris scire per considerationem quādo bene inspexeris in quolibet eorum ad planetam dantem filios: ita quod eum ponas loco ascendentis & scies cætera particularia filiorū generaliter sicut per natiuitatem. Dicit Haly in commento. Quod autem vult Ptolemæus in hoc loco narrare est id quod accidit in natiuitate mea. Inspexi & inueni Iouem in decima domo & in. 28. gradu capricorni aspicientem se cum luna & Saturno & significabat hoc ꝙ haberem filios & quod morerentur: quia Saturnus erat cum Ioue in. 10. domo. & quia Iupiter erat in signo fœminino & luna similiter significabat quod essent plures vno & ꝙ essent plures fœminæ. Et quia Iupiter erat orientalis: significabat ꝙ haberem masculum. & sic habui tres filios. vnum masculum & duas fœminas: et omnes obierunt. erat autem gradus ascendens natiuitatis masculi circa gradum Saturni in mea natiuitate & propter hoc mortuus est cito. Et erat gradus ascendens vnius

fœminę in piſcibus in ſextili Iouis in mea natiuitate & in trino lu nę meę natiuitatis: & erat ſol hylech i ſigno capricorni. Et erat gra dus aſcendens alterius fœminę in capricorno. & hoc eſt mirabile: propter quod ſciri poteſt q̄ natiuitates ſemper inter ſe concordāt vna cum illa Dicit Hiſpalenſis volens horam generandi filiū eli gere maſculum: ſit Iupiter in quouis angulo vel ſit ſoli orientalis ſitq; dominus horæ maſculus & melius eſt vt ſignum aſcendens ſit maſculinum & etiam eius dominus. & ſi luna ſit fortunata a Ioue: erit melius. Pro fœmina accipe ſigna fœminina & planetas fœmi ninos & ſit Iupiter occidentalis. *Dicit Haly Abenragel*: quādo in quinta domo fuerit aliqua fortuna & dominus quintę domus liber ab infortuniis & aſpexerit mediū cœli: natus multos habebit filios & viuent ac ibunt ad bonum. Et ſi fuerit contrarium: contrarium ſignificat. Aſpice in omnibus natiuitatibus: ſi inueneris luminaria infortunata non habentia vllum aſpectum fortunæ: natus habebit paucos filios. ¶ In ſciendo tempus in quo habentur filij: aſpice ad planetam qui habuerit plures dignitates in domo filiorum. ſi eum inueneris in parte orientali habebit filios in iuuentute ſua ſi eū in ueneris in medio cœli: habebit eos in medio ætatis ſuę Et ſi in ſe ptima habebit eos in principio ſenectutis. Si in quarta: habebit eos circa finem vitæ ſuæ. Similiter quādo annus peruenerit ad ſignū in quo fuerit Iupiter vel Venus in radice natiuitatis: habebit filiū in illo anno. Dicit Haly Abenragel. ſi interrogatus fuerit pro mu liere ſi eſt prę gnans aut non: aſpice ſi dominum aſcendentis & lu nam ambos inueneris in domo filiorum: aut ſi inueneris dominū domus filiorum in aſcendente liberum ab infortunis: dicas quod mulier illa ſit prę gnās. & ſi dominus aſcendentis aut dominus do mus filiorum dederit vim ſuam planeta exiſtenti in angulo Et ſi militer ſi dominus aſcendentis receptus fuerit & recipiens ipſum receptus. dicas quod eſt prę gnans. Et ſi dominus aſcendentis de derit vim ſuam planetæ cadenti ab angulo: ſignificat quod non eſt prę gnans.

SEXTA DOMVS. Hic ponit ſignificationes 6. domus. Dicit: ſexta domus ſignificat infirmitates & ſeruos & ſignificat finem vitæ & quid futurum ſit ante ſenectutē. Dixit Anduzgam q̄ primus tri plicitatis huius domus ſignificat infirmitates & cō ualeſcentias ſiue deteriorationes infirmitatum. Se cundus ſignificat vernaculos & ſeruos ¶ Nota differentiam inter vernaculum & ſeruum. vernaculus enim idem eſt q̄ famulus: & vo catur ſeruus conductitius. ſeruus eſt/ qui eſt conditionis ſeruilis. Vnde dixit quidam verſificator. Et probus hic verna cui non eſt

chara taberna. tertius dominus triplicitatis ſextę domus/ ſignificat quid boni vel mali eueniat ſibi ex ſeruis/ & eorum vtilitatem atq; opera. Et cum hoc/ eſt ſignificator beſtiarum & pecorum & omniū quadrupedium quæ non ęquitantur/ & ſignificat multitudinē vel paucitatem & fortitudinem eorum/ & quantum manebunt in manu eius/ & quando recedent a ſuis manibus: ſignificat etiā carceres & retentiões. Dicit Ptolemęus in. 60. propoſitiõe centiloquij. Alboharam/ ſanæ & certæ ſunt horę in quibus declarantur mutationes morborum ad bonum vel malum velociter ſecundū locas lunæ in angulis quadrati concluſi a circulo directo. Alterationes vero quæ prędecedunt has & indicant/ ſunt vera loca lunæ in angulis almutemon. Quæ autem præcedūt has/ ſunt loca lunæ in angulis habētibus. 16. latera. Et hoc poſtq̄ prędeceſſerit eſſe ęgritudinis ſecundum ęqualitatem & nō acciderit aliquid extrinſecus q̄ cōturbet infirmum. cum igitur inuenerimus hic fortunam tā de fixis q̄ de erraticis ſignificabit alterationem proſperam. Si vero infortunam alterationem aduerſam niſi fuerit ęgritudini ipſa infortuna contraria & in ſuo haim. Luna vero in his angulis ſignificat morbos acutos: & ſol/ prolixos. Et ſimiliter omnis planeta ſecundū proprias conſuetudines. ¶ Haly in commento eiuſdē dicit q̄ Ptolemęus docuit nos cauſam dierum determinabilium/ & quid ſint/ & quādo determinētur de bono vel de malo/ & alterationes ſecundū ordinē. Vtilitas vero in hoc maior eſt medicis q̄ aſtrologis. & hoc ideo quia multi philoſophi conueniunt ſuper determinationes: dicentes q̄ ſunt alteratiões & prędia inter naturā ęgri & morbi acuti in quarta die & ſeptima die &. 14. die &. 21. & quæ augentur ſecundum hoc accepta ſolo auditu & doctrina ſine ſcientia. & nō rationantur in hoc niſi per illud q̄ prędixit de experimētis ſuis. Sed Ptolemęus dixit cauſam eius/ & pateſecit vnde fiat. & cauſa ſecūdū Ptolemæum/ eſt quia natura deuicta eſt a morbo in initio eius & prohibet eam ne procedāt eius opera ſecundū ęqualitatē nec repugnat illa morbo in hora qua vincitur: ſed expectat vt ſit luna in contrario loco illi in quo fuit in principio morbi: quia tūc nō erit vis humorū qui mouentur in eo ſicut fuit in principio morbi. tūc enim incitatur vt repugnet illi ſicut nō agit prudēs actor cū accuſato inſipiēte cū voluerit illi repugnare/ niſi cū eius virtus debilitata fuerit/ & in illo loco in quo careat auxiliatoribus. Et excitat illam. ſ. naturam in quarto ſigno a ſigno in quo incepit ęgritudo & luna exiſtente in illo quia ab omni ſigno quartum contrarium eſt naturæ eius: & ſimiliter ſeptimum: quia hęc loca. ſ. quartꝰ aſpectus & oppoſitus ſignificant inimicicias & contrarietates Et tempus quod eſt inter initiū morbi & introitum lunæ in gradu qua-

drati/in quo fuit in initio morbi per aſcenſiones ſignorum/in circulo directo & proiectiones radiorum:ſunt ſeptem dies. & eodem modo quod eſt inter lunã in initio morbi & ipſam in oppoſitione ſunt.14.dies. & quod eſt inter initium morbi & quartum aſpectũ ſecundum qui eſt contrarius initio morbi ſunt viginti vnus dies. & ſecundum hunc modum procedit modus aliorum dierum. Et erunt hæc puncta anguli quadrati/quem includit linea circuli directi:& illis punctis alia pũcta ſunt indicatiua. & eſt vt perueniat luna ad punctum qui abſcindit vnumquęq; arcum cui ſubtenditur latus de lateribus quadrati per mediũ. Et in his arcubus ſunt latera figuræ habentis octo angulos. Et omnia hęc puncta cõtraria ſunt punctis in quibus incœpit morbus per naturam. Igitur obſeruet aſtrologus quid fuerit in his punctis tam de ſtellis fixis quam per erraticis ſiue fuerint fortunę ſiue infortunæ. Et ſi fortunę fuerint iudicet quod ſignificant victoriã naturę ſuper cholera. infortunæ vero ſignificant quod cholerę ſuperabũt naturam niſi fuerit infortuna contraria morbo & fortis in ſuo haim. non enim fortunabit lunam cum fuerit in ſuo haim. ſed remouebit morbum per hoc quod eſt illi contraria:& per hoc quod infortuna eſt contraria morbo. vt ſi fuerit frigida & morbus calidus:& ſi fuerit calida & morbus frigidus & cum his ſimilibus in ſpecie diuerſitatum. Et dicit quod eſſe ſolis in morbis prolixis fit ſicut eſſe lunæ ĩ morbis acutis:quorum maius tempus erit orbis lunę & in prolixis orbis ſolis. Innuit etiam nobis Ptolemæus ſubtile quid:cum diceret omnis ſtella ſecundũ quod eſt illi de moribus. Docuit quippe nos quod quicquid immoderatum eſt in nobis & fuerit in moribus quos in conſuetudine non habemus dicitur pro morbo Et dixit iuſtũ eſt hoc niſi accidat aliquid extrinſecus quod diſturbet ordinem determinationis. & locuti ſunt de re quæ deſtruit determinationem hi qui expoſuerunt librum aphoriſmorum Hippocratis:& ideo non neceſſe eſt nobis recitare in hoc libro. Tota intentio Ptolemęi & Haly ſtat in hoc/quod cauſa quare .7. dies:&.14. &.21. ſunt dies cretici/eſt:quia luna in ſeptima die vt frequẽter venit ad quartum aſpectum loci in quo fuit in principio morbi. & vt frequẽter luna in.14. die venit ad locum oppoſitum. & in.21. die vt frequenter venit ad ſecundum quartum aſpectum. Ideo dicit Haly cum voluerit aſtrologus iudicare de die cretica debet obſeruare tempus quo luna veniet ad quartum aſpectum loci in quo fuit in principio morbi. & ſi tunc coniungatur cum planetis beniuolis:vel aſpiciat ipſos aſpectu laudabili:vel ſi cõiungatur vel aſpiciat ſtellas fixas quę ſunt de natura fortunarum ſignificat q; criſis erit ad bonum. Et ſi cõiungatur vel aſpiciat infortunas:ſignificat

contrarium/niſi infortunę fuerint cōtrarię materię morbi: & cum hoc fuerit infortuna in ſuo haim:quia tūc poteſt ſignificare bonū: ſed hoc eſt per accidēs. Verbi gratia.ſi ęgritudo ſit flegmatica & luna aſpiciat Martē:ſignificat bonum. Et quādo luna peruenerit ad bonū locū cui ſubtenditur latus octogoni in ęquatore:erit dies iudicatiua. Latus octogoni ſunt. 45. gradus. & eſt medietas aſpectus quarti. & licet nō ſit aſpectus/habet tamē maiorē cōueniētiā cū aſpectu q̄ alia loca:& ideo quādo luna in quarto aſpectu debet cōiungi fortunis cū in medietate illius loci peruenerit iam natura ſentit iuuamentū & incipit inſurgere contra materiā morbi digerēdo ipſam:& ideo tūc apparēt ſigua digeſtiōis ī vrina. & aliquādo fit criſis in quarta die. ſ. quādo luna inuenit ibi planetā fortunatū:& tūc ſigna digeſtionis debēt prędcedere in tēpore quo luna peruenerit ad locū cui ſubtēditur latus. 16. angulorum & hæc eſt medietas octogoni. Sufficiāt hæc de cauſis dierū certicorū. Dicit Ptolemęus in. 70. propoſitiōe cētiloquij. cū fuerit luna in oppoſitiōe ſolis mixta ſtellis nebuloſis:ſignificat morbos inſuperabiles in oculis. Et ſimiliter ſi fuerit occidētalis luna/& in angulo & fuerint vtriq; mali occidētales aſcēdētes poſt lunā/& ſol in āgulo & vtriq; mali aſcēdētes āte ſolē/& illi oppoſiti. ſ. vnus alteri:perdet natus vtrūq; oculū. ¶ Dicit Haly in cōmēto eiuſdē. maius impedimētū in duobus luminaribus eſt cū fuerint duo mali/ideſt Saturnus & Mars aſcēdētes ante ſolē & poſt lunā:& vnus eorū in oppoſitiōe alterius. & ſol ſignificat oculū dextrū:luna vero ſiniſtrū. Et in euitabile eſt quin natus amittet vtrūq; oculū cū fuerit ſignificator in eius natiuitate hoc modo. Stellę vero nebuloſę ſunt achoraye/caput geminorū:& locus in quo cadit aqua quā fundit aquarius gut tæ leonis & alię quę nō lucēt. Dicit Haly Abēragel in ratiōibus huius domus primitus loqui volumus in hoc capitulo in occaſiōibus & accidentibus quę accidūt in ſpiritu & ſunt infirmitates ſpiritus. Poſtmodū loquemur in his quæ accidūt in corpore & ſunt infirmitates corporis. Poſtea dicit:dico/q̄ dęmoniaci ſunt illi qui nō habent in natiuitatibus ſuis Mercuriū/cū luna in aliquo aſpectu:nullo eorū aſpiciēte aſcēdēs:& fortior in natiuitate ſua ſi diurna fuerit q̄ ſit Saturnus:& ſi nocturna Mars. & quis eorū fuerit ſit in angulis & hęc eſt natiuitas dęmonū. Quādo ſol dānatus fuerit ab infortunis vel a domīo domus infirmitatis & fuerit ſuper terrā in natiuitate diurna vel luna in tali dānatiōe ſub terra in natiuitate nocturna accidet nato cęcatio ī oculo dextro. Et ſi hoc īfortuniū ſolis fuerit ſub terra in natiuitate nocturna vel ſuper terrā lunę in natiuitate diurna iſtud dānū & cęcatio erit ī oculo ſiniſtro. Quādo ſol & luna fuerint ambo in ſexta domo infortunati:natus

ſine aliqua dubitatione cæcabitur. Quando Mercurius fuerit iun
ctus cum Saturno/ vel in eius aſpectu quarto vel oppoſito: aut fue
rit cadēs ab angulo in loco vili & infortunato: aut combuſtus fue
rit vel retrogradus: aut peregrinus in ſigno muto: natus ex qua
cunq; harum ſignificationum erit lingua dānatus vel mutus. Quā
do Mercurius fuerit dominus ſextæ domus: vel in oppoſitiōe Sa
turni/ natus ſurdus erit. Maior & fortior ſignificatio mutitatis eſt
quando dominus aſcendentis & dominus exaltatiōis ſuę: & domi
nus triplicitatis eiꝰ: & Mercurius & luna ſint omnes in ſignis mu
tis. Quando ſol fuerit infortunatus vel damnatus ſub terra/ ſignifi
cat damnationem ſtomachi. Et quando luna fuerit damnata ſub
terra/ ſignificat damnationē pulmonis. Et ſi Mars fuerit hoc mo
do: ſignificat damnationem hepatis. Et ſi Saturnus hoc modo fue
rit: ſignificat damnationem ſplenis. Et ſi Mercurius hoc modo fue
rit: fellis damnationem ſignificat. Dicit Ptolemæus in. 89. propo
ſitione centiloquij. deteſtabilius in ſignificatione ęgrotantis eſt/ vt
ſit ſignificator interrogationis ingrediēs ſub radijs/ vel ſit pars for
tunę infortunata. Dicit Haly Abēragel in quęſtionibus huius do
mus. ſi quæratur a te pro aliquo infirmo vtrum ſanabitur aut non:
aſpice lunā & ſolē & almutē aſcendētis: & ſi fuerint liberi ab infor
tunis & non habuerint aſpectū cum domino domus mortis. dic ♃
euadet ab illa infirmitate. Et ſi duo eorū fuerint/ ſicut diximus/ ſi
militer euadet. Et ſi luna & almutē aſcēdētis/ & maxime ſi ipſa fue
rit domina temporis/ ideſt ſi quęſtio fuerit nocturna/ habebūt aſpe
ctum cum domino domus mortis/ non poterit liberari a morte. Et
qualibet vice qua aliquis ſignificatorum applicuerit infortunæ
fortificabitur infirmitas quouſq; ſeparetur ab eo. Tempus mortis
erit quando almutem aſcendentis / aut luna ſe coniunxerint cum
domino domus mortis: aut cū infortuna/ quę ipſam infortunauit:
aut ♃ applicet ad quartum vel oppoſitum aſpectum eius.

SEPTIMA DOMVS. Hic ponit ſignificatiōes ſe
ptimę domus. Et dicit ♃ ſeptima domus ſignificat
mulieres & nuptias & cōditiōes & oppoſitiōes. An
duzgā dixit ♃ primus dominꝰ triplicitatis ſeptimę
domus ſignificat mulieres. ſecundus ſignificat cō
centiones. tertius/ participationes & commixtiōes.
Dicit Ptolemęus in ratiōibus huius domus: cōuenit vt aſpiciamus
in cōiugio virorū ſtatū lunę hora natiuitatis viri: ita ♃ prīo aſpi
ciamus ad lunā. ſi fuerit in duabus quartis oriētalibus erit cōiugiū
viri in ſua pueritia/ aut copulabit cū puella poſtq; dies intrauerit.

Et ſi fuerit in duabus quartis occidentalibus:coniugiū erit tardū aut copulabitur cum vetula. Et ſi luna fuerit ſub radijs & particiꝑata fuerit cū Saturno:nunq̄ copulabitur. Et ſi applicuerit Saturno:copulabitur cum muliere laborioſa & praua. Et ſi applicuerit Ioui:erit mulier abſtinentię bonę & boni ornamēti. Et ſi applicuerit Marti:erit audax & ſuperba. Et ſi applicuerit Veneri:erit pulchra lęta & bonę receptionis. Et ſi applicuerit Mercurio:erit bona/intelligens & bonorum verborum. Et conuenit vt aſpiciamus coniugium mulierum a ſtatu ſolis hora ſuę natiuitatis:ita ꝙ ſi fuerit ſol in duabus quartis orientalibus:coniugium mulieris habentis talem natiuitatem / erit in ſua pueritia vel copulabitur puero poſtq̄ in dies proceſſerit Et ſi fuerit in duabus quartis occidentalibus:copulabitur tarde aut vetulo poſtq̄ in dies proceſſerit. Et ſi ſol fuerit participatus cū Saturno:erit maritus bonę legis/amator laboris. Et ſi habuerit participationē cū Ioui:erit abſtinētię bonę/nobilis cordis Si cū Marte:erit fortis cordis/ſine vllo amore. Si cū Venere:erit limpidus. Si cum Mercurio erit profectuoſus in ſuis factis & factor multarum rerum. Dicit Haly Abēragel in quęſtionibus huius domus. Si quis a te quęſierit pro coniugio:ſi erit vel non/aſpice aſcendens & eius dominum & lunam & planetā a quo ſeparatur: & da hos pro ſignificatoribus quęrentis & ſeptimam domum: & eius dominum & planetam cui applicuerit luna pro ſignificatoribus illius pro quo quæritur. & ſi quęrens fuerit maſculus: coniunge ſolem cum ſignificatoribus ſuis/& fac eum participē in ſignificatione & ſi quærens fuerit mulier:da ſibi Venerem & fac eam participē in ſignificatiōe. poſtmodū aſpicias cuiuſmodi applicationē habeat dominus aſcendētis vel luna cū domino ſeptimæ domus & cuiuſmodi applicationē habeat planeta a quo ſeparatur luna cū planeta cui applicat. vel Venus cū ſole. Vnde ſi dominus aſcēdētis vel luna applicuerit domio ſeptimę domus vel planeta a quo ſeparatur lunna planetę cui applicat. vel fuerit dominus aſcēdētis vel luna ī ſeptima domo:ſignificat ꝙ quęrēs habebit rē quęſitam tamen cum petitionibus & precibus multis. Et ſi applicatio fuerit de quarto vel oppoſitione:ſignificat ꝙ res iſta erit tamen cū tarditate & labore & pœna. Sed ſi dominus ſeptimę domus applicuerit domino aſcendentis vel planeta cui applicat luna planetæ a quo ipſa ſeparatur vel fuerit dominus ſeptimę in aſcendēte:res illa leuiter fiet & cum magna voluntate mulieris & ſuæ partis:maximē ſi applicatio illa fuerit de tertio ſextili Et ſi nō inueneris aliquam applicationē iter ſignificatores:ſignificat ꝙ res nō erit. Si aliquis quęrat a te ſi nocte illa cōpleuit voluntatē ſuā cū muliere vel nō: aſpice ſi inueneris in quęſtione venerē aſpicientem aſcendens. dic

℔ quæstio sua complebitur illa nocte. Et si quæstio fuerit si habue rit rem cum muliere illa nocte præterita vel non: iudica hoc eodē modo nec plus nec minus. Si quæratur a te pro aliqua muliere si est virgo vel non/aspice ascendēs & dominū eius & lunā: & si eos inueneritis in signis fixis: dic ℔ est virgo salua ab omni labe/impi da. Et si fuerit in signis communibus vel mobilibus: dic ℔ est mu lier & habet vel habuit maritum. Et si quæstio fuerit pro puella quæ dicit se virginem: dic ℔ est corrupta & ℔ habuit aliquis rem cum ea. Si queratur a te pro aliqua muliere quot maritos habebit aspice a domino decimæ vsq; ad gradum Martis/ & quot planetas inueneris inter eos tot maritos habebit. Et si Mars fuerit in septi ma domo/aspicias a Marte vsq; ad Iouem hoc eodem modo: & iu dica secundum id & certificabis cum deo.

OCTAVA DOMVS. Hic ponit significationes octa uæ domus. Et dicit ℔ octaua domus est domus mor tis & timoris: & significat hereditates mortuorū quas heredes debent possidere post mortē. & significat finē annorum vitæ post senectutem. Dicit Anduzgā pri mus dominus triplicitatis huius domus significat timorem Secun dus significat præcepta & res antiquas. Tertius significat hereditates mortuorum. Dicit Ptolemæus conuenit vt inspicias ad ſta tum gradus interficientis quis planetarū sit ibi vel aspiciat ipsum: & secūdū naturā illius erit iudiciū de morte: ita ℔ si Saturnus fue rit dominus mortis accidet propter infirmitates longas: propter ptisim scilicet & reumata & propter defectum naturæ &c. talia. Et si Iupiter fuerit dominus mortis erit mors propter apostemata gulę & pulmonis &c. huiusmodi. Et si fuerit Mars erit mors pro febres continuas & acutas. Et si fuerit Venus: accidet mors pro pter infirmitatem stomachi & hepatis & cordis & per fluxū san guinis & apostemata euntia per corpus & fistulas. & si fuerit Mer curius erit mors propter epilentiam & propter stultitiam & amis sionem sensus. Haly dicit in commento. 18. propositionis quartæ partis. Ptolemæus diuisit nobis mortem in duas maneries: vna est proueniens ex infirmitatibus. Alia est proueniēs a re in qua nō habet physicus quid videre: sicut qui moritur gladio/lancea/casu/ igne & morsu bestiæ & ferę vel aquæ submersiōe & alijs multis oc casionibus. Et quando planetæ gubernatores salui fuerint ab infor tunis & in suismet dignitatibus & potentes & quando super eos nullus planeta contrarius eleuatur: tunc accidet mors propter in firmitates. Alia autem mors accidit quando planetę fuerint infor tunati vel debiles vel in dignitatibus alienis eis contrarijs aut pla netę cōtrarij eleuati fuerint super eos. Narrare autē omnes mane-

ries quibus cõtingit mors/eſſet hic nimis longum:& qui voluerit/ hoc inueniet in quarta parte quadriqartiti Ptolemęi. Dicit Ptolemęus in.74. propoſitione centiloquij. Cum fuerit Mars corpora liter iunctus capiti algol & non aſpexerit luna aſcendentẽ/nec fuerit fortuna in.8.domo & dominus anauba luminarium oppoſitus fuerit Marti vel in eius aſpectu quarto:nati caput truncabitur. Quod ſi luminare fuerit in medio cœli:ſuſpendetur. Et ſi fuerint mali aſpicientes a geminis & piſce: abſcindentur ei manus & pedes. Dicit Haly in cõmento quando fortuna fuerit in domo octaua prohibet malam mortem. Audiui ſiquidẽ a quodã qui erat cũ filio Haly valde animoſo in mari qui cum vellet ingredi mare nimis tumultuoſum vẽtis vndas agitãtibus ipſum increpaſſet dixit. nõ timeo mihi mortẽ in mari. Iupiter enĩ fuit in natiuitate mea in domo mortis & oriẽtalis q̃ phibet mihi malã mortẽ:& vidi(inq̃t) in lecto illũ mori. Accidit etiã mihi vt quidã ſeruiẽtes oſtenderẽt mihi nauitatẽ filij domini ſui & inueni ſolẽ in medio cœli:& ipſe erat dominus anauba & hylech & Martẽ in quarto aſpectu eius & Saturnũ in angulo terræ eius aſcẽdẽs piſcis. vnde exterritus diſtuli dare iudiciũ:dicẽs.oportet vt anteq̃ iudicẽ cõpleantur dies nutritiõis. Cũ autẽ de puero valde ſolicitarẽ in circa inueſtigationẽ motuũ vel morũ ſuorũ nihil intellexi vnde ſibi timerẽ trũcationẽ manuũ & pedũ & infurcationẽ cũ eſſet manſuetus & verecundus. Cũq̃ peruenĩſſet ad.30. annos ingreſſi ſunt quidã domũ eius fugientes eo q̃ accuſati erãt de dolo ſuper eũ qui preerat vrbi & de prehẽſi fuerant in domo illa & ipſe cũ eis amiſit manus & pedes & infurcatus eſt. & ego vidi eũ abſq̃ manibus & pedibus infurcatũ. Dicit Ptolemęus in.59.propoſitiõe cẽtiloquij.cum interrogatus fueris de abſente nõ iudices de eo mortẽ donec remoueas ebrietatẽ ab eo.nec vulneratũ donec tollas ſanguinis minutionẽ.nec ſubſtãtiã acquiſitã donec pecuniã ſibi cõmiſſam remoueas. eſt enim in his hominib⁹ idẽ iudiciũ. Dicit Haly ĩ cõmẽto ibidẽ. qui tractat de iudicijs iudicat per formas quę ſunt prope veritatem. ideo nõ ĩuenitur in fortitudĩe iudiciorũ partitio inter ſopitũ & mortuũ:& inter vulneratũ & minutũ.nec inter illũ cui cõmiſſa eſt pecunia:& illũ qui acquiſiuit illã. Audiui ſiquidẽ a patre meo cui de⁹ parcat q̃ cũ ipſe fuiſſet cũ his q̃ ſe abſcõderũt a facie ĩperatoris.cũ abrahã filio almothedi q̃ quotidie viſitabat eũ occulte alhaſten filius abrahæ aſtrologus:qui præcepit vt afferret conchã æneã magnã aqua plenã/in qua ponẽs ſcabellũ cõſuluit ei vt deſuper ſederet in maiori parte diei. & hoc ideo prȩcepit vt faceret errare aſtrologos ĩperatoris ĩ eſſe abſcõditorũ. & cũ ĩperator quęreret ab aſtrologis vbi ille eſſet: dixerũt q̃ eſſet in medio maris. Dicit Haly Abẽra-

gel quando Mars fuerit in octaua domo damnificans dominum octauę domꝰ:mors nati erit ex ferro. Et si Saturnus fuerit in octa ua domo damnificans dominum octauę domus:mors nati erit pro pter carcerē & pœnas Quādo luna fuerit in octaua domo cū cau da draconis:significat ꝙ mors nati est propter seceſſum vel medi cinam laxatiuam Quando Mercurius fuerit in octaua domo cum cauda:significat ꝙ mors nati erit propter mala opera aut propter toxicum aut facta nigromantiæ. Quando gradus occidētis & eius dominus ambo damnati fuerint:nato significant malam mortem. Quando sol fuerit damnatus in natiuitate diurna vel luna in nocturna:significant illud idem. Quando significatores damnati fue rint super terram:manifeſtam mortem significant & patentem Et quando damnati fuerint sub terra:mors erit abscondita & occulta. Quādo aliqua infortunarum fuerit in octaua domo vel iuncta do mino octauæ domus:significat fortem & malam mortem. Et si aliqua fortunarum fuerit in octaua domo vel iuncta domino octauæ domus:significat bonam & pulchram mortē. Et si Iupiter vel Venus fuerit in hac domo fortis & liber a radijs infortunarum:natus erit fortunatus & laudatus. & viuet annis. 73. & forte plus.

NONA DOMVS. Hic ponit significatiōes nonę domus. Dicit ꝙ nona domus significat peregrinationes & longa itinera. & significat epiſtolas & legatos & rumores atq; somnia. Dicit Anduzgam ꝙ primus dominus triplicitatis huius domꝰ significat peregri nationes & omne quod ei accidit in peregrinationibus: secundus significat fidem ac religionem. tertius significat sapientiam & somnia. Dicit Haly Abēragel in ratiōibus huius domus. aspice in itineribus nati primitus a domino triplicitatis domus itineris: quoniam quando dominus triplicitatis domus itineris primus fuerit in bono ſtatu & fortis fortunatꝰ & receptus:significat ꝙ natus ibi per itinera. & mouebit ſe de vno loco ad aliū & erit fortunatus in itineribus ſuis. Et si fuerit in diuerſo ſtatu ab eo quod diximus habebit impedimenta & grauamina in itineribus & motibus ſuis. & erit vilipēſus in eis & extrahetur & expelletur de terra & loco ſuo: nec in ſuis itineribus aliquam vtilitatem vel lucrum habebit. Et si dominus triplicitatis domus itineris/ſecundus fuerit:in bono ſtatu fortunatus & receptus:natus erit bonæ legis religioſus & cuſtos legis. Et si fuerit in diuerſo ſtatu:erit malę legis nominabitur malus:& de malis operibus & incredulus. Et si dominus triplicitatis tertius fuerit in bono ſtatu:natus erit veridicorum ſomniorum:& quicquid videbit ī ſomnijs:veridicū erit nec mētietur. Dicit idem Haly. ſcias ꝙ Mercurius habet poſſe ac ſignificationem

propriã in cauſa legis & legalitatis ſeparatim ab alijs planetis. Et ſcias ♀ quando fuerit in domo Saturni vel in aſpectu: eius natus erit profundarum cogitationum/ firmus in credulitate. laudat res alterius mundi magis q̃ iſtius: & credit eas ac multum cogitat in illis & amat eas: & tenet ♀ res illius mundi ſint meliores q̃ iſtius. abhorret ludos/ ioculationes & ſolatia: humilis & patiens laboris ac indigentię maximę ſi fortunæ cadentes fuerint non aſpiciẽtes aſcendens. Et ſi Mercurius fuerit in domo Iouis: vel in eius aſpectu: natꝰ erit boni nominis/ bonę legis & legalitatis & legis in qua fuerit obſeruator. Et ſi fuerit in domo Martis: vel in eius aſpectu. & fuerit idem aſpectus de quarto vel oppoſitione: natus erit homicida iraſcibilis malefactor malę legis & vilipendet legem ſuam.

DECIMA DOMVS. Hic ponit ſignificationes decimæ domus. Dicit ♀ decima domus eſt domus regni & ſublimationis & exaltationis memorię & vocis in imperando & magiſteriorum atq; matrum. Et ſignificat dimidium annorum vitę. Dixit Anduzgã dominus triplicitatis decimæ. Primus ſignificat opus nati & exaltationem ſuam & ſedis ſublimationem ſecundus ſignificat vocem imperij & audaciã in imperando. tertius ſignificat ſtabilitatẽ atq; durabilitatem eius ideſt quantum durabit in dominatione ſua. Dicit Ptolemæus in .15. propoſitione centiloquij. Aſcendentia inimicorum regni ab eiuſdem aſcendente cadentia ſunt & aſcendentia dominantium in illo angulo eius. Aſcendentia vero miniſtrantium ſuccedentia angulus. Ciuitatum autem aſcendentia in earũ ędificationibus: iudicant omnia quæ in eis accident. Quæ vero aſcendentia ſunt: in regum ordinationibus quarũdam ciuitatum pronũciant omnia quæ ſub eorum regno fient: & aſcendens apparitionis alicuius ſectę in illis ſcilicet ciuitatibus: demonſtrat quicquid ſub illa ſecta futurum eſt in ipſis ciuitatibus. Dicit ibi Haly in commento: ♀ ſigna cadẽtia ſunt quorum nullus eſt angulus vel poſt angulum. & ſunt quatuor: ſcilicet decimum tertium ſextum & nonum ab aſcendente. Et dicit ♀ notum eſt omni aſtrologo ♀ cum fuerit aſcendẽs natiuitatis: aut aliquis angulus eius aſcendẽs aut aliquis angulorũ incœptiõis regni fueritq; natiuitatis alicuiꝰ cui regnum congruat perficietur ei regnũ in illo regno: eritq; ei in illo honor & non in alio. Quippe reges antiqui omnium naſcentium in regnis ſui natiuitates obſeruabant: & cuiuſcunq; aſcendẽs deprehendebant domum inimicorum regni vel ſextum vel tertiũ vel nonum interficiebãt ipſum puerum quia regnum ipſius eſſet contra regnum eorum. Et paucis interpoſitis: dicit ♀ aſcendens alicuius ciuitatis eſt ſignum cuius aſcenſione incipit quis colloca-

re primum lapidem in illa. Aſcendens ſectę eſt aſcendens ſignum in tempore quo illa ſecta incipit prȩualere ſuper aliã ſectã & ſuſceperunt eã immorantes: & illud ſignificat quãtũ durabit: & quicquid accidet in illa q̃diu durauerit. Dicit Haly Abẽragel quando ſignum medij cœli fuerit ex ſignis igneis maxime ſi fuerit leo vel aries/ & ſol in eo: & pars regis fuerit ibi in aſpectu fortunarum: natus ſine vlla dubitatione rex erit.

VNDECIMA DOMVS. Hic ponit ſignificationes vndecimę domus. Dicit ꝙ vndecima domꝰ eſt domus fortunæ & fiduciæ atq; laudis: & amicorum & miniſtrorum & auxiliatorum: & ſignificat poſtremam medietatem mediȩ vitæ. Dixit Anduzgam ꝙ dominus triplicitatis domus fiduciæ primus ſignificat fiduciam. Secundus ſignificat amicos. Tertius ſignificat vtilitates ſeu profectus eorũ. Dicit Ptolemęus in. 39. propoſitione cẽtiloquij: eſſe malum vndecimę domus & eius domini in intronizatione regũ: ſignificat quid accidet in conſiliatoribus ſuis & eius ſubſtantia de malo: & eodẽ modo erit malum eſſe ſecũdæ: ſignificans ꝙ modicũ adipiſcetur populus cum illo rege. Dicit Haly in cõmento. Aſtrologi cõuenerunt ſuper hoc ꝙ domus decima in omni ordinatione regũ eſt locus eius: & vndecima auxiliatorum eius & eius ſubſtantiæ & aſcẽdens eſt populi: & ſecunda ſubſtantię populi: & ideo impedit vndecima conſiliatores: & ſecunda ſubſtantiam populi. Dicit Haly Abenragel in ratiõibus huius domus Aſpice ad dominũ triplicitatis huius domus primũ: ſi inueneris eũ receptũ fortunatũ & fortẽ: iudica ꝙ natus habebit amicos multos lucra vtilitatẽ & bonũ pro eis. Et ſi fuerit infortunatus & damnatus: natus erit ſolitarius ab hominibus: non habens amicitiã cũ aliquo & retrahet & elongabit ſe ab illis qui procurãt amorẽ & ſocietatem ipſius. Et ſi dominus triplicitatis ipſius domus ſecũdus fuerit: fortis fortunatus & receptus erit fortunatus honoratus & diues abundans in bono ſtatu & bonę vitæ. Et ſi fuerit ab hoc ſtatu diuerſus: erit laborioſus & indigens ac paupertatis & miſerię manifeſtę. Et ſi dominus triplicitatis ipſius domus tertius fuerit fortunatus fortis ac in bono ſtatu: natus habebit filios remanſuros poſt eum in bono ſtatu & diuitijs & fortuna ſua. Et ſi fuerit infortunatꝰ debilis & cadẽs ac in malo ſtatu: natus non habebit filium qui poſt eum remaneat nec hęredem ſuę generationis. Et ſcias ꝙ melior ſtatus q̃ eſſe poſſit in amicorum cauſa eſt vt dominus aſcẽdẽtis ſit receptus a domino vndecimæ domus eodem domo vndecimæ domus exiſtente fortuna & in bono ſtatu. quoniam quando ſic fuerit habebit amorem & conuenientiam cum ſocijs & amicis.

DVODECIMA DOMVS. Hic ponit significationes. 12. domus. Et dicit ꝙ 12 domus significat inimicos & labores triſtitiã atq; inuidias & ſuſurrationes & ingenia atq; beſtias quæ equitantur/& ſignificat finem vitæ:& quid cõtinget mulieribus in imprægnatione. Dicit Anduzgam ꝙ primus dominus triplicitatis huius domus ſignificat inimicos. ſecundus ſignificat labores. tertius beſtias magnas:& imponit ſinẽ dictis dicẽs hoc eſt ꝙ ſignificat. 12. domus. Dicit Haly Abenragel in iudicijs huius domus. Aſpice primitus ad dominum triplicitatis huius domus primũ/& ſi inueneris eũ fortunatũ fortẽ & altũ:iudica ꝙ inimici nati appodiabunt eo ſuper eũ & de ſe faciẽt quicquid voluerint. Etſi fuerit cadẽs dãnatus & cõbuſtus et peregrin⁹:natus appodiabit ſe ſuper inimicos ſuos:et ipſi ipediẽtur/et accidet eis malũ quod credebãt facere nato. Et ſi domin⁹ triplicitatis ſecũdus huius domus fuerit fortunat⁹:nat⁹ habebit modicas triſtitias et anxietates. Et ſi fuerit in diuerſo ſtatu erit multarũ impietatũ et triſtitiarũ. et accident ei labores et impedimẽta et dãna magna in eo quod habet et in corpore ſuo. Et ſi domin⁹ triplicitatis hui⁹ domus tertius fuerit fortunatus:nat⁹ erit dialecticus & ęloquẽtię bonę et fœlix in ratiõib⁹ et cauſis ſuis:et contra quẽlibet aduerſantẽ ſibi proſperabitur. Et ſi fuerit in diuerſo ſtatu erit debilis rationis ac loquelę impeditę. non habebitius de aduerſarijs et ſuis malefactoribus.


SIGNIFICANT ET DVODECIM DOmus colores. Hic ponit ſignificationes. 12. domorum quantum ad colores. Et dicit ꝙ prima domus &. 7. ſunt albę. 2. &. 12. virides:&. 3. &. 11. ſunt croceę. &. 4. &. 10. ſunt rubeę. 5 & 9. ſunt habẽtes colorẽ mellis. 9. &. 8. ſunt nigrę. Poſtea dicit ꝙ quilibet planetarũ habet in aliqua iſtarũ domorum quandã poteſtatẽ accidentalẽ quę vocatur gaudiũ. Mercurius enim gaudet in aſcẽdente. luna gaudet in. 3. domo. Venus in. 5. Mars in. 6. Sol in. 9. Iupiter in. 11. Saturnus in. 12. Deinde dicit quod anguli ſignificant fortitudinem & perfectionẽ. Cadentes vero ab angulis ſignificant debilitatẽ & detrimentũ excepto ꝙ. 9. domus &. 3. ſignificant rem apertã & detectã cũ fama:& hoc ideo quia ſunt gaudia luminarium ſicut iam dicebatur quod ſol gaudet in. 9. & luna in 3. Et. 12. domus &. 6. ſignificãt occultationẽ & vilitatẽ rerũ. poſtea dicit ꝙ anguli. ſ. prĩa dom⁹ &. 10. &. 7. &. 4. & domini ipſorũ ãgulorũ ſignificãt magnitudinẽ honoris & fortunę:& elõgationẽ a caſu & infortunio. Et prẽſentia dominorũ angulorũ in cadẽtib⁹ ab ãgulis ſignificat ĩfortuniũ & dedec⁹ & caſum Et. 11. dom⁹ quę

ſuccedit decimæ: & eius dominus ſignificant fortunam mediam ideſt ſignificāt fortunā: ſed nō tantā quantā. 10. Et. 5. domus quę ſuccedit quartæ ſignificat fortunam mediam per dominationes & cauſas filiorum. Et ſecunda domus & eius dominus ſignificant fortunam mediam ex cauſa ſubſtantiæ miniſtrorum & auxiliatorum. Et. 8. domus & eius dominus ſignificant fortunam mediam ex ſubſtantia quæ hęreditatur a mortuis & a rebus occultis. Poſtea ponit ſignificatiōes dominorū angulorū cū fuerint pręſentes in ipſis angulis. Et dicit q̄ pręſentia domini aſcēdētis in aſcendēte ſignificat eius fortunā per ſemetipſum & per propriā acquiſitionem. Et ſi fuerit in. 7. ſignificat acquiſitionem per conuētiones & vxores. Et ſi fuerit in. 10. ſignificat acquiſitionem per magiſteria. Et ſi fuerit in quarta ſignificat acquiſitionem per hęreditates & ex cauſa patrum & per productionem aquarum & populationem terrarū & ex rebus antiquis & radicalibus. alia litera habet eradicalibus. Præſentia vero domini decimæ in. 10. domo ſignificat fortunam per regem & regnum magnum & per magiſteria alta. Et ſi fuerit in. 7. ſignificat regnum per victoriam contentionum & per cauſas vxorum Et ſi fuerit in 4. ſignificat regnum per cauſas miniſtrorum regis & per cultus terrarum & ædificationes ciuitatum & diuiſiōes fluminum & per cuſtodias ciuitatum & ex rebus antiquis Et ſi fuerit in aſcendente: ſignificat regnum per ingenia & propinquitatem regis ex rebus vulgi. Præſentia domini ſeptimæ domus in ſeptima domo: ſignificat fortunam per negociationes & per conuentiones & commendationes ideſt depoſitiones & per mulieres & per ſatores. Et ſi fuerit in quarta ſignificat fortunam per conuentiones & negociationes & per cauſas patrum & hęreditatum & cultus terræ Et ſi fuerit in aſcendente ſignificat fortunam per conuentiōes & negociatiōes & per cauſas medicinæ & aſtronomię & per opera ſpiritualia atq̄ ingenia & cętera ſimilia. Et ſi fuerit præſens in decima ſignificat fortunā per conuentiones & negociationes & vxores & per cauſas regni. Præſentia vero domini quartæ domns in quarta domo ſignificat fortunā ex fructu & per cauſas patrum atq̄ per res antiquas. Et ſi fuerit fuerit præſens in aſcendente ſignificat fortunam ex cultu terræ & fructu per profunditatem conſilij & ingenium: & ſi fuerit pręſens in decima domo: ſignificat profectum ex cultu terræ & fructu per cauſas regum & magiſteriorum. Et ſi fuerit præſens in. 7. domo: ſignificat fortunā ex cultu terræ & fructu & ex parte mulierum & per cauſas vxorū & ſatorum & per negotiationes. Deinde dicit. hæc quæ diximus ſignificant domini angulorum quādo fuerint præſentes in ipſis angulis. Et ſicut dictum eſt de angulis ita intelligas de alijs domibus

ſuo modo ſecundum naturam ſcilicet cuiuſlibet domus: & dicit quod ideo introduxit dominos angulorum: vt ſint exemplar in alijs domibus.

ET CVM VOLVERIS SCIRE PLANE etam dominatorem. Hic autor docet eligere ſignificatorem: & poteſt diuidi in duas partes: quoniam in prima parte facit ꝙ dictum eſt. In ſecunda parte ponit exemplum ibi. verbi gratia. Sentẽtia autoris eſt iſta/ ꝙ in cognoſcẽdo ſignificatorẽ rei debemus aſpicere ad duo. Primo debemus aſpicere ad domũ in qua eſt natura illi⁹ rei cui⁹ quęrimus ſignificatorẽ. Secũdo debemus aſpicere ad planetam / qui de ſui natura ſignificat illam rem. verbi gratia. Si quæſtio fiat pro ſubſtantia: debemus aſpicere ad ſecundam domũ quæ eſt domus ſubſtãtiæ: & cum hoc/ debemus aſpicere ad Iouem qui ſignificat de propria natura ſubſtantiam. Et ſi quęſtio fiat de muliere: debemus aſpicere ad ſeptimã domum quæ eſt domus mulierum: & cum hoc debemus aſpicere ad Venerẽ/ quæ de propria natura eſt ſignificatrix mulierum: & ſic de alijs ſecundum proprias naturas domorum & planetarum. Eſt tamen intelligendũ ꝙ planetam/ quẽ eligimus ex parte domus/ debemus tenere pro ſignificatore principali. Et planetam qui ſignificat naturã rei debemus facere participem in ſignificatione. Eſt ergo ſententia literę. cum volueris ſcire planetam dominatorem ſiue ſignificatorem rei/ aſpice quis planetarũ habeat plures fortitudines in domo rei quæ ſite ex fortitudinib⁹ dictis in c. de fortitudinibus & dignitatib⁹ ipſorum. Et ille qui abundat in numero fortitudinum ille eſt dominator ſiue ſignificator. Et eſt intelligendum ꝙ in interrogationibus aſcendens ſiue prima domus ſemper attribuitur quęrenti. & planeta abundans in numero fortitudinum in domo illius rei de qua fit quęſtio/ eſt ſignificator rei quęſitę. Autor ponit exemplum in litera. Et dicit. ſi interrogatus fueris de ſubſtãtia: & volueris ſcire quis planetarũ ſit domĩator ſiue ſignificator ei⁹ & fuerit ſecũda dom⁹/ quę eſt dom⁹ ſubſtãtię. 5. grad⁹ Arietis: quia Aries eſt domus Martis habet ibi Mars quinq; fortitudines. Et eſt exaltatio ſolis: & ideo ſol habet quatuor fortitudines ratiõe illius. Et eſt etiã ſolis triplicitas: & ratione illius habet ibi tres fortitudines: & eſt terminus Iouis: & ratione illius habet ibi duas fortitudines: & facies Martis: & ratione illius habet ibi vnam fortitudinem. Sol igitur habet ibi. 7. fortitudines/ & Mars ſex/ & Iupiter duas: patet ergo ꝙ ſol habet ibi plures fortitudines. Et talis planeta ſcilicet habens plures fortitudines vocatur almutam/ ideſt vincens. ergo ſol in tali figura eſſet ſignificator ſubſtãtię: & eodem modo faciendum eſt de alijs.

EX POTESTATIBVS QVOQVE PLANETA rum accidentalibus. Ista pars cõtinuatur sic. Prius au tor determinauit de dignitatibus planetarum essentia libus: hic determinat de dignitatibus ipsorũ accidẽtali bus. & expedit se breuissime: dicens ♀ est vna dignitas accidẽtalis planetarum quę vocatur haim. & est nęc vt planeta diurnus sit in die super terram & in nocte sub terra. Et planeta nocturnus sit in nocte super terram & in die sub terra. Et etiam si sit planeta masculinus ♀ sit in signo masculino et fœminin⁹ ī signo fœmininotũc dicitur planeta esse in suo haim idest in sua similitudine: & erit tunc fortitudo sua sicut fortitudo viri in loco sui profectus & lucri atq; fortunę. Et sic completa est expositio primæ differentię Alcabitij introductorij ad magisterium iudiciorum astrorum. ¶ Quidam homo interrogauit de quodam absente vtrum esset mortuus vel viuus. & fuit ascendens quęstionis. 20. gradus leonis; & incidit talis figura.



Aſpexi in hac quæſtione & dedi aſcendẽs & eius dominũ & lunã abſenti pro quo facta fuit quæſtio. aſpexi & inueni dominũ aſcẽdẽtis in medio cœli: propter quod videbatur prima facie q̃ viueret in proſperitate: ſed quia inueni Saturnum in angulo orientis prope angulum infra duos gradus dubitaui de vita illius ſpecialiter: quia ibidẽ infortunauit partem fortunæ. deinde aſpexit ad domum mortis & inueni venerem fortiorem ibidem id eſt in domo mortis plura habere teſtimonia quia exaltationem & triplicitatẽ. aſpexi ad locum eius in figura & qualiter ſe haberet ad aſcendens & ad dominum aſcendentis & ad lunam & inueni eam aſpicientẽ aſcendens aſpectu quarto & Saturnum ibidem exiſtentem eodem aſpectu propter quod magis dubitaui de vita. Deinde aſpexi ad lunam & inueni eam oppreſſam ſub radijs ſolis: hoc fuit vnum ſignũ mortis. Inueni etiam lunam ſeparatam a Venere euntem ad coniunctionem domini aſcendentis: & tranſtulit naturam domini domus mortis ad dominum aſcendentis. Hoc fuit certius ſignũ mortis. Ex his collegi quod homo ille pro quo facta fuit quæſtio eſſet mortuus: inuentumq̃ eſt ita. Et quia Saturnus exiſtẽs in aſcendẽte fuit dominus ſeptimæ domus ſignificator vxoris illius pro quo facta fuit quæſtio. & Venus ſignificatrix mortis aſpexit eũ: ſignificabat hoc quod forte interfector commiſerat fornicationem cum vxore illius pro quo quæſtio facta fuit.

DIFFERENTIA SECVNDA IN NATVRIS ſeptem planetarũ. Iſta eſt ſecunda differẽtia huius libri: in qua autor determinat de naturis ſeptem planetarum. Et poteſt diuidi in quatuor partes: quoniam primo determinat de naturis & proprietatibus ſeptẽ planetarum. Secundo determinat de ordine ſeu principatu planetarum in conceptionibus. Tertio de natura capitis & caudę draconis. Quarto determinat de ordine planetarum in domino dierum & horarum. Secunda pars incipit ibi. de ordine vero planetarum. Tertia ibi. caput draconis. Quarta ibi: ſi autem fuerit aliqua dies. Prima pars diuiditur in ſeptem partes: quoniam primo ponit naturam Saturni. Secundo Iouis. Tertio Martis. Quarto ſolis. Quinto Veneris. Sexto Mercurij. Septimo lunæ. vbi partes incipiant patet in litera. Primo ponit naturam Saturni & quid ſignificat ex rebus & moribus hominum & ex ſectis & cætera. quæ omnia plane apparent in litera vſq̃ ad illam partem de annis fridariæ. ¶ Circa quam partem eſt intelligendum q̃ quando dicit annis fridariæ Saturni ſunt. 11. intelligendum eſt annus guberna-

tionis in vita nati Ad cuius euidentiam est sciendum q̄ in natiui
tate diurna incipit fridaria a sole & gubernat ipsum. 10 ānis. post
ea gubernat ipsum Venus secundum quantitatem annorum suo-
rum. Deinde Mercurius: & sic secundum ordinem planetarū eun-
do vsq̄ ad finem vitæ. Si autem natiuitas fuerit nocturna/incipit
gubernatio a luna: & gubernat ipsum secundum quātitatem anno
rum suorum. Post lunam/gubernat ipsum Saturnus secundum
quantitatem annorum suorum. & sic secundum ordinem planeta-
rum. De hac materia/est capitulum propriū in quarta differentia:
& ibi diffusius loquetur de hac/domino concedente. Quando autē
dicit in litera: maximi vero: intelligendum est de annis quos dant
planetæ in duratione rerum/scilicet in sectis & in alijs magnis re-
bus. Quando autem dicit: maiores & medij & minores: intelligen
dum est de annis/quos dant planetę in natiuitatibus hominum ad
viuendum: & sicut dico de Saturno ita de alijs planetis intelligas.
Dicit Ptolemęus in. 82. propositione primæ partis. maius ac for-
tius opus Saturni est infrigidare & desiccare modicum propter
fortitudinem frigoris: & videtur hoc esse pro eo quod est elonga-
tus multū a calore solis & humidis fumositatibus terrę. Hic Albu
mazar redarguit Ptolemæum: & ponam/deo dante/rationes suas
in fine huius partis de naturis planetarum. Dicit Haly in commē
to propositionis prę allegatæ quod Ptolemęus vult dicere q̄ Satur
nus facit hoc opus/eo q̄ opus suum est multum elongatum ab ope
re solis: quod est opus caloris: & a luna/cuius opus est attrahere hu
mores. quia quando inspexit comparationem Saturni cum sole &
luna/inuenit quod ambobus erat contrarius: & propter hoc dixit
quod conuenit vt frigidus sit & siccus. Et Ptolemęus met glosauit
hanc comparationem in eo quod sequitur. Dicit Ptolemęus. scire
quidem virtutem huius planetæ & aliorum/erit propter re'tifica-
tionem figurarum in respectu solis & lunę: quoniam earū aliquas
videmus mutantes aerem vna manerie mutationis/& earū aliquas
alia manerie in diuersis ordinationibus mutationis augendi & mi
nuendi. Dicit Haly in commento. Si memoriam habes de eo q̄ ti
bi diximus quomodo probare possumus stellarum virtutes: glosa
non indiges in hoc. Et si huius oblitus es/ausculta. dico tibi quod
sol & luna/eo quod eorum opera magis apparēt/quam opera alia-
rum stellarum/& sunt nobis magis manifesta: & opera reliquarum
stellarum abscondita videntur: conuenit vt inspicias ad stellas ha-
bentes communitatem cum duobus luminaribus per figuras: ides
per aspectus/si augent in suis operibus vel ab eis minuunt: & sic
ibis/inspiciēdo ad omnes: donec certitudinem scias omnium/non
semel sed pluries. Et si inueneris quod semper sequantur vnam

maneriem operandi: ſcies pro certo cuiuſmodi virtutem habēt. Dicit Haly Abēragel de natura Saturni. Saturnus eſt planeta ſenex/ magnus/ feſſus/ vilipēſus/ anxietatum/ triſtitiarum/ longarum infirmitatum. natura eius eſt frigida & ſicca: & aſſimilatur melācholię quę gubernatur de omnibus humoribus/ & nullus de ea. Quando fuerit almutem alicuius natiuitatis: & ipſe in cancro natus/ erit turpiſſimi vultus & mirabilis creatura in forma & viſiōe ſua: ita quod expaueſcent & mirabuntur quotquot videbunt eum & audient loqui de ipſo. Dicit Alfraganus quod corpus Saturni eſt. 91. vicibus tantum quantum terra.

IVPITER FORTVNA MASCVLVS. Hic ponit naturam Iouis & planū eſt quod dicit in litera. Iouis autem virtutis opus eſt: complexiōis temperatę & locus ſui motus eſt medianus inter frigiditatem Saturni & calorem Martis: & propter hoc conuenit vt calefaciat & humectat. Dicit Haly in cōmēto. multi crediderūt cum audierunt hoc verbum Ptolemęi quod opera ſtellarum ſecundum eius opinionem ſequerentur loca ſphærarum ſecundum ꝙ vna exiſtit ſupra aliā ſicut credidit Hiza auēquiton & alkindus & alij qui cū talibus ratiōibus nos impediuerūt. Ego vero dico ꝙ ſi opera ſtellarū ſunt ſecūdum naturam: quomodo poſſunt ſciri propoſitiones quadriuiales? quoniam radices harum ambarum ſcientiarum diuerſę ſunt/ vna ſcilicet ab alia. Amplius ſi omnia corpora cœleſtia non ſunt alicuius complexionis: calidę/ humidę/ frigidę/ neq; ſiccę ſicut probauit Ariſtoteles: quomodo poteſt Iouis cōplexio temperari eo quando ſphæra ſua exiſtat inter illam Martis & Saturni? Nam ſi bene ad dictum inſpexeris Ptolemæi: inuenies non eſſe prout ipſi crediderunt. Et poſtq̄ docuit nos viam qua ſcirentur virtutes ſtellarum/ ponit hoc vice aliain hoc loco: dicens quod quando probauerimus modū operis quod operatur in aere nos circundāte: inuenimus ꝙ eſt medianus inter magnā frigiditatem quam facit Saturnus/ & magnum calorem quem facit Mars. & hoc affirmat id quod dixit quod calefacit & humectat. Dicit Haly Abenragel. Iupiter eſt planeta æqualitatis: communitatis/ bonitatis/ melioramenti/ intellectus/ ſenſus/ & pietatis: quia temperatus eſt æqualis. & fortuna per aſpectum & corporalem coniunctionē ſignificat bonitatem meliorationem legem ſimplicitatem & caſtitatem dirigit & non damnat/ populat & non deſtruit: abhorret Saturnum & eius naturas. Quando deus incœpit creare mundū erat in domo aſcendente. lucet in ariete tauro & geminis: & minuitur lux ſua in cancro leone & virgine obſcuratur in libra ſcorpione & Sagitario: & minuitur eius obſcuratio in capricorno/ aquario

&pisicibus. Dicit Alfraganus ꝙ corpus Iouis est. 95. tãtum quãtum terra.

MARS MASCVLINVS. Hic ponit naturã Martis: & patet in litera. Dicit Ptolemęus: Mars proprie desiccat & pervim naturę suę cõburit/ eo quod igneũ habet colorẽ: & quia circa solem est & quoniãsphęra in qua sol consistit/ posita est sub eo. Dicit Haly in cõmẽto: Ptolemęus vult dicere ꝙ opus virtutis Martis idest qui experimur inuenimus siccitatis magnę. Ad id quod dixit ꝙ virtus Martis comburit eo quod igneum habet colorem. dico quod stellæ sunt substantię simplicis & non compositę ex naturis diuersorum elementorum: apparitio sui coloris est recta eo quod ibi non est aliquid quod mutet colorem conuenientem eidem substantiæ. Ptolemęus autem docet nos per hoc dictũ: regulã qua scimus virtutem stellarum quam per nos intelligere non possumus & possimus eam intelligere per colorem. In hoc enim dicto adest dubiũ quod nos soluere oportet. Nam multi credunt ꝙ color non ostendat virtutem rei & hoc est veritas in terrenis propter comistionẽ elementorum quæ in eis est. tamen in cœlestibus non est ita: quia eorum substantia non est vllo modo composita ex aliquo elemento. Et propter hoc redijt Ptolemęus ad probandum hanc virtutẽ alio modo dicẽs: & quia existit circa solẽ: & quia sphæra in qua est sol/ posita est sub eo: vult dicere quod accidit: vt sit veritas res ista: quia virtus Martis cõburit eo ꝙ existit circa solẽ. & quia sol est sub eo & cõmiscetur virtus sua cũ illa solis fit calidus multũ & siccus: ita ꝙ sine temperamento comburit. Dicit Haly Abenragel: Mars est planeta calidus & siccus/ igneus: destructor: iratus: victoriosus: diligens occidere & interfectiones: rixas: litigia: cito irascitur ira forti: totum cor suum exponit in rebus suis agendis: pręlia facit & destruit populatiões. Exaltatio sua est in domo Saturni scilicet in capricorno qui significat clamores impedimenta & gentem stultã & guerratiões. Conuenit Saturnus Marti in infortunio & resistit ei in frigiditate & tenebrositate. & inclinatur soli amore sui & defenditur auxilio eius: quoniam sol exaltatur in domo sua & gubernat eum de calore & siccitate quã recipit ab eodẽ: proprietas & natura sua conuenit & appropinquat proprietati & naturæ solis. ne scius est & obliuiosus modici intellectus & diminut⁹ sensu nec cõsiderat rerum fines: per eum & per ascensum & per descẽsum eius in circulo suo crescit & decrescit ęstatis calor & hyemis frigiditas omni anno. Dicit Alfraganus quod Mars continet quantitatẽ ter

ræ ſemel & dimidium & octauam partem eius.

SOL PER ASPECTVM FORTVNA. Hic ponit naturam ſolis. & litera gloſſa non indiget. Dicit Ptolemęus cognita res eſt quod opus ſubſtantiæ ſolis eſt calefacere & dare aliquantulũ ſiccitatis. & hęc opera magis proprie ſentiuntur & leuius ſcita ſunt omnibus alijs propter magnitudinem ſolis & propter manifeſtam mutationem quam per tempora anni facit. & quanto magis accedit ad noſtra capita tanto magis calefacit. Dicit Haly Abenragel: ſcito ꝙ ſol eſt lumen & candela cœli/gubernator mundi/factor tẽporum: per eum fiunt planetæ orientales & occidentales: & per eũ fiunt apparentes & occulti: & per eum mouetur omnis res ſe mouens: per eum naſcitur omnis res naſcens: creſcit omne folium & maturatur omnis fructus. Ipſe eſt ſpiritus cœli magnus/cum eo viuificantur ſigna: & quodlibet ſignum quando eſt in eo habet maioritatem ſuper alia ſigna. quoniam ipſum viuificat & illuminat & dat ei fortitudinem & calorẽ: & applicat calorem & fortitudinem & virtutem illius ſigni terræ: quia natura & facta ſua apparent in omnibus rebus & in cunctis animatis & inanimatis exiſtentibus in terra. Et quando exit de ſigno in quo eſt: remanet illud ſignum in ſimilitudine corporis defuncti. Eſt planeta magni dominij potẽtiæ nobilitatis altitudinis & magnitudinis. eſt fortuna per aſpectum & infortuna per coniunctionem corporalem. Vides enim quando aliquis planeta coniungitur ſibi: comburit & vincit eum & extinguit lumen & lucem ſuam. Locus ſuus in cœlo eſt quartus ſcilicet medius. 7. planetarum: ſicut rex ſapiẽs qui per ſenſum manu tenet regnum ſuum & per conſiderationem ponit ſedem ſuã in medio regni ſui vt per omnia latera attingat. Dedit Marti militiam ſuam & quod eſſet dux militię ſuę: quia cœlũ ſolis eſt ſub cœlo Martis & conuenit natura & calor ſuus cum natura & calore illius. Dedit Ioui ſua iudicia propter temperiẽ honeſtatem ſaluationem & ſuę complexionis ſalutem: & quia non eſt in eo qualitas mala nec peccandi natura. Dedit regnum Saturno quia omnes planetæ ſua lumina mittunt ad eum & ſuas conſiderationes. Dedit veneri collectionem reddituum & vendendi redditus & emendi: quia cœlum eius applicat ſuo & ſunt vicini. Dedit Mercurio ſcribaniam: quia ſtatus eius eſt ſicut ſtatus ſcriptoris regis: qui vadit quando ille vadit/& ſedet quando ille ſedet. Dicit lunę algazilaticum: quia eſt ſimilis algazilo regis qui facit ſua mandata & defert ea quocunq; pręcipit. Dicit Alfraganus autoritate Ptolemæi quod corpus ſolis continet corpus terræ centies ſexageſies ſexies & aliquantulum plus.

VENVS FORTVNA FOEMINA NOCTVRna. Hic ponit naturam veneris: & patet in litera quod dicit Ptolemæus. Venus ipſamet opera Iouis facit propter temperamentum ſuæ complexionis: excepto quod eſt Ioui in re vna contraria: quia calefacit parum eo quod exiſtit circa ſolem/ & humectat ſecundū lunam propter magnam lucē quā habet hic planeta eo quod attrahit ad ſe fumoſitatem quæ eleuatur ab humoribus terræ. Dicit Haly in commento. vult dicere quod eius calor eſt multum minor illo Iouis: & propter humiditatē quā facit dicimus quod eſt quodāmodo frigida & plus humida. Quod autem dicit eo quod exiſtit circa ſolem/ dixit eo ꝙ virtus ſua voluitur cū illa ſolis. Et id quod dixit humectat ſicut luna: vult dicere ꝙ Venus facit humiditatē circa eā quā facit luna. Et id quod dixit propter magnam lucē: vult dicere ꝙ modicus calor facit humores currere. Dicit Haly Abenragel. Venus eſt fortuna frigida & humida nocturna hilaris gaudioſa/ apparentie bonę/ lympida/ formoſa: diligit inculatiões cantationes comeſtiones potationes & vitia: eſt manſueta & pauci motus. eſt mulierum ſignificatrix & iacendi cum eis amoris amicicię & ſocietatis. recipit Martem per naturam fornicationis & limpidamenti: abhorret ipſum propter contrarietatem naturæ ſuæ quæ eſt caliditas & ſiccitas. Separat ſe ab eo & malum & infortunam ſuam repellit a ſeipſa propter māſuetudinem: bona verba ſolatium bonum. & manſuetam loquelam. Concordat cum Saturno in frigiditate & conuenientia quam habet cū eo in libra: quia eſt domus vnius & exaltatio alterius. Et diſcordat cum eo in moribus triſtitijs & doloribꝰ ſuis/ & eo qđ Saturnꝰ eſt vſus modici cū mulieribꝰ. Statꝰ Veneris cū ſtatu ſolis eſt ſimilis ſtatui mulieris verſus virū. Dicit Alfraganꝰ ꝙ corpꝰ Veneris eſt vna ps de. 37. partibꝰ terrę.

MERCVRIVS COMMIXTVS. Hic ponit naturā Mercurij: & patet in litera. Dicit Ptolemęus. ſiccitas vero & humiditas Mercurij eſt per vnum ęquale: quoniā aliquādo deſiccat & effugat humores eo ꝙ nunq̄ elongatur multū a calore ſolis etiā nullo tēpore & aliquando humectat eo ꝙ poſitus eſt ſuper ſphæram lunę quę eſt circa terrā magis quā omnes aliæ ſphærę. & mutatur ad hos duos ſtatus & facit ventos propter ſerotinas mutationes eius circūquaq; ſolem. Dicit Haly in commento. Vult dicere ꝙ opus Mercurij non eſt vna res ſola: quoniam aliquando deſiccat & aliquando humectat. cum autem deſiccat/ eſt quando ſoli applicat: & eſt tunc opus ſuum calefaciendo & ſiccando circa iſtud ſolis. Humectare autem ſuum eſt propter vim ſuam quæ commiſcetur cum illa lunæ quæ poſita eſt ſub eo/ & ꝙ eſt opus

ſuum ſicut opus lunæ. Et Ptolemęus quando comparationem facit de opere Mercurij cum illo ſolis: inuenit q̄ aliquando faciebat opus tale quale ſol. Et quando per comparationem facit cum opere lunæ: inuenit q̄ aliquādo faciebat opus tale quale luna. Et expertus fuit hoc multotiens/ & inuenit q̄ ſemper alterum duorum operum faciebat: & ſciuit pro certo q̄ opus ſuum eſt ſecundū opus aliarum ſtellarum cum quibus inuoluitur: & opus proprium in ſe non habet. Dicit Haly Abenragel. Mercurius eſt planeta maleficiorum/ volentiarum/ documētorū/ ſcribanię/ computationū/ ſcientiarum: calidus eſt & ſiccus/ formę & naturæ conuertibilis: maſculus cum maſculis: fœmineus cum fœmininis: fortuna cū fortunis/ infortuna cum infortunis: bene rationatus/ bene loquens: auſus in loquendo/ pulchrę apparentię: compoſitę perſonę/ diligit libros & computationes. Placent ei magiſteria: res bene factę/ ratiões verificari libri ac ſcientię: agilis eſt in motu & proprietatis ardentis: alacer & mobilis in omnibus rebus ſuis: & eſt vnus trium planetarum ſignificantium pluuias & per eum & per mutationem ſuam de ſigno in ſignum: & per eum eius ſtatum ac retrogradationē & directionem ipſius. & per oppoſitiones & coniunctiones ſuas ſciētur motus ventorum & eius fortitudines: ſcilicet ſi erunt fortes vel debiles in omnibus partibus illius anni: quoniam quando exit de vno ſigno & intrat aliud: vel quando eſt ſtationarius aut retrogradus/ ſignificat ventos fortes/ humiditates & pluuiam & in aere accidentia/ de nubibus turbationes & his ſimilia. Similiter quando eſt in oppoſitione lunæ exiſtente luna in aliquo ſignorum aqueorum vel aereorum: ſignificat quod prędiximus. In reuolutione annorum mūdi habet magnam & veridicam ſignificationem ſuper tenentes officia regū. Alfraganus dicit q̄ quantitas corporis Mercurij eſt vna pars de. 2. milibus partibus corporis terræ.

VNA FORTVNA FOEMINA NOCTVRna. Hic ponit naturā lunę. Sētētia literę patet. Dicit Ptolemęus. maior virtus lunæ eſt humectare: pro eo quod eſt multū circa terram & propter fumoſitatem frigidam quæ per eam eleuatur. & propter hoc ad ſtatum talē mutantur corpora manifeſta mutatione: quia facit mutari & putreſcere corpora vtplurimū: & habet etiam cū ſole participationem modicā in calore/ pro eo q̄ recipit lumen ab eo. Albumazar redarguit Ptolemęum in cauſa naturarum planetarum. & ſunt verba ſua iſta: quoniam plures reges Græcię fuerunt ſapiētes poſt Alexandrum filium Philippi: vocabaturq; vnuſquiſq; eorum Ptolemęus. fuerūtq; numero decem/ & vna mulier. erātq; regnātes in ęgypto: & fuerunt anni regni eorum. 275. fuerunt vnius erſi

ſapiẽtes:ex quibus fuit Ptolemęus vnus qui edidit librum Almageſti ſuper cauſam motus circuli & quicquid in eo eſt ex planetis. Et quidam eorum edidit librum de iudicijs aſtrorum:referens eũ ad Ptolemæum autorem libri Almageſti. Dicitur⁊ ꝙ ille qui edidit librum iudiciorum ipſe edidit librũ Almageſti:neſcitur⁊ veritas huius rei. ſed ille qui ex eis edidit librum iudiciorum narrauit in libro ſuo naturas planetarum & eorũ cauſas. Incœpit⁊ dicere ꝙ ſol calefacit in ſuauitate ac mora:& ꝙ opus eius ſit in hoc euidẽtius & fortius opere cæterorum planetarum propter magnitudinem eius: & quanto magis eleuatur ad zenith capitũ noſtrorum augetur nobis calor. Et putauit ꝙ natura lunæ ſit humida propter proximitatem circuli eius a terra & propter receptionem vaporum. quia ad eam eleuantur ex ea. Et putauit ꝙ natura Saturni ſit frigida & ſicca propter longitudinem circuli eius a calore ſolis & longitudinem eius ab humiditate vaporum terræ. Et putauit ꝙ Martis natura eſſet calida & ſicca eo ꝙ color eius ſimilis eſt igni:& quia eſt prope ſolem/ & quia eſt ſub eo/ erigitur⁊ calor eius ad eum & calefacit eum. Et putauit ꝙ Iupiter ſit ęqualis complexionis:eo ꝙ ſit eius circulus inter circulos Saturni & Martis. Et propter hanc cauſam eſt natura eius calida humida æqualis & tẽperata. Et putauit ꝙ Veneris natura ſit calida humida ęqualis. calor autem eius ex propinquitate circuli eius a ſole. Humiditas vero ex vapore humido qui contingit eam ex terra. Putauit⁊ ꝙ natura Mercurij ſit in quibuſdam horis ſicca & in quibuſdam humida. Siccitas eius propter appropinquitatem eius a ſole & ꝙ non elongatur abeo elongatione maxima. Humiditas vero eius propter proximitatem circuli eius circulo lunæ. Hoc eſt ꝙ putauit Ptolemęus in naturis planetarum:& hæc eſt ratio qua vſus eſt ſuper hoc. Sed nos dicemus nunc ꝙ ſit in eius dictis pungendus ideſt reprehenſione dignus. nam ꝙ putauit ex ſole & calefactione rerũ ab eo in ſuauitate & mora:hoc inuenitur ex ſuo opere. quod autem dixit ꝙ natura lunæ ſit humida propter proximitatem circuli eius a terra & receptione vaporum qui eriguntur ex terra ad eam. hoc reppellitur a ſapientibus eo ꝙ ſpatium quod eſt inter faciem terrę & propinquiorem locũ in quo eſt luna/ ſit. 128044. miliariorum fere:ea menſura qua ſit vnum miliarium. 3000. cubitorum. Et hoc patet in libro in quo narrãtur longitudines corporum ſuperiorum abinuicem. Et non plus eleuantur vapores a ſuperficie terræ ſecundum ꝙ narrauit Ptolemęus q̃. 16. ſtadia ſecundum ꝙ ſtadium quadringentorum cubitorum eſt:nam. 16. ſtadia faciunt duo miliaria & decimam ac tredecimam vnius miliarij fere. longitudo vero lunæ quando magis prope eſt ſuperficiei terræ

eſt vt diximus. 128044. miliariorū fere. vnde ergo vel quomodo applicat vapor terræ ad lunam quouſq; corrūpat vel mutet naturam eius. Per modum conſimilē reprobat ipſum in naturis aliorum planetarum: ſed pertranſeo cauſa breuitatis. Haly in commēto propoſitioni preallegatę de natura lunæ reſpondet ad rationes Albumazaris. Dicit enim Haly exponens verba Ptolemęi primo. Poſtq̄ docuit nos Ptolemęus ꝙ virtutes ſtellarum corporum ſuorum ſequuntur magnitudinem. & corpus lunę paruum eſt ſicut in Almageſti narrauit & eius opus ſequitur opus ſolis parte vna. Dicit hic ꝙ eſt hoc pro eo ꝙ multum eſt prope terram & peruenit ad nos eius virtus anteq̄ mutetur & propter hoc apparet eius opus magis q̄ opus aliarū ſtellarū. Et videmus viſibiliter ꝙ attrahit humores terræ & corporum eam ſequentiū: & pro eo ꝙ habet lucem a ſole operatur in terrenis calorē modicum accidētalē/ cum quo facit putreſcere & mutari humores exiſtentes in corporibus: ſicut oſtēſum eſt in phyſica & in natura. Et manifeſtum eſt ꝙ lux facit calorē. & poteſt hoc probari per ſpecula quę cōburunt/ & ſimilia. & quia luna lucē habet a ſole/ conuenit vt habeat modicū calorem quem facit ſicut per accidens. Et hoc eſt id quod vult dicere Ptolemæus. Et quia hoc nō intellexit Albumazar credidit ꝙ erraret in dicto ſuo dicens quomodo poteſt fumoſitas humida ad lunam aſcēdere cum fumoſitas aſcendere nequeat vltra. 16. ſtadia & luna ſatis longius eſt. Ego vero riſi de dictis talibus qualia ſunt hæc: & dixi qualiter non intellexit hoc quia Ptolemæus noluit dicere ꝙ fumoſitas humida aſcēdat vſq; ad lunā: ſed dixit ꝙ aſcenſus fumoſitatis humidę qui eſt verſus lunā docet nos ꝙ attrahit humores terræ & aliorū corporū eam ſequentiū ſicut adamas trahit ferrū. Alfraganus dicit autoritate Ptolemęi ꝙ magnitudo corporis lunę eſt vna pars de. 39. partibus terrę: & dicit ꝙ maius corpus omniū corporū vniuerſi eſt ſol & poſt ſolē. 15. maxime ſunt ſtellę: dicit enim ꝙ vnaquęq; earū tenet corpus terræ centies ſexpties. Tertius in magnitudine eſt Iupiter: & quartus Saturnus. Poſt Saturnū ſunt ſtellæ fixæ ſecundi ordinis quarum quælibet cōtinet terram nonageſies. Poſt ipſas ſunt ſtellæ tertij ordinis quarum vnaquæ cōtinet terrā ſeptuageſies & bis. Poſt ipſas ſunt ſtellæ quarti ordinis quarūquęlibet cōtinet terrā. 54. Poſt ipſas ſunt ſtellæ quinti ordinis quarum quælibet continet terram. 37. Poſt ipſas ſunt ſtellæ ſexti ordinis & minor illarū. immo minor omniū quę videntur: quarum probatio eſt poſſibilis cōtinet terram. 18. Maius corpus poſt ipſas eſt Mars. poſt Martē terra: poſt terrā Venus: poſt venerē luna: & vltimo Mercuri⁹. Patet igitur ſecūdū Alfraganum ꝙ maius omnium corporū eſt ſol & minus Mercurius

exceptis generabilibus & corruptibilibus · De longitudine istorū corporum a terra dicit Alfraganus q̄ proprior longitudo lunæ a terra est. 33. tantum quantum dimidiū diametri terræ &. 20. pars eius: eritq̄ hoc. 104. 12. miliaria. Et est lōgitudo lōgior lunæ quæ est propior longitudo Mercurij sexagesies quater tantum quantū dimidiū diametri terrę &. 6. pars eius: quod est. 1085420. miliariorum. Et lōgitudo longior Mercurij quæ est propior Veneris est centum sexagesies septies tantum quantum dimidium diametri terræ quod est. 5427500. miliariorum. Et longitudo Veneris longior quæ est propior longitudo solis est millesies & centies & vigesies tantum quantum dimidium diametri terræ quod est 364 0000. miliariorum. Et longitudo solis longior quæ est propior/longitudo Martis est. 1220. tantum quantum semidiameter terræ: quod est. 3565000. miliariorum. Et longitudo Martis longior quæ est longitudo Iouis propior est. 8876. tantum quantum semidiameter terrę quod est. 28847000. miliariorum. Et lōgitudo Iouis longior quæ est propior longitudo Saturni est 14405. tantū quātū semediameter terræ quod est. 46816250. miliariorum. Et longitudo Saturni longior quæ est æqualis longitudini stellarum fixarum & est quantitas dimidij diametri circuli signorum est 20110 tantum quantum semidiameter terræ quod est. 653575 00. miliariorū. Et cū duplicatū fuerit hoc/proueniet quātitas totius diametri circuli signorū. i. octauę sphærę quæ est 1307150 00. miliariorum. Et cum multiplicatum fuerit hoc per 3. & septimam vnius: proueniet quantitas circunferentię circuli signorum vel cuiusq̄ alterius circuli maioris descripti in octaua sphæra quæ est. 41081850. miliariorum. eritq̄ mensura vniuscuiusq̄ gradus circuli maioris. 1141160. miliaria.

DE ORDINE VERO PLANETARVM. Hic ponit ordinē planetarum in conceptionibus puerorum scilicet ordinem in gubernādo fœtum q̄diu est in vtero matris. Dicit q̄ Saturnus gubernat ipsum ab hora conceptionis vsq̄ ad finem vnius mensis. In secūdo mēse gubernat ipsum Iupiter. In tertio Mars. In quarto sol. In quinto Venus. In sexto Mercurius. In septimo luna: & propter hoc vt dicitur puer in septimo mense petit exitū: quia opera omnium planetarum sunt in eo completa: & qui tūc nascuntur possunt viuere propter eandem causam. Deinde reuertitur gubernatio ad Saturnum/& gubernat ipsum in octauo mense: & tūc qui nascuntur non viuunt propter malitiam Saturni. Deinde gubernat ipsum Iupiter in nono mense: & tunc communiter nascuntur & viuūt propter bonitatem Iouis. Deinde ponit ordinem plane-

tarum in regimine corporis post natiuitatem quantum ad proces sum in ætatibus: & dicit q luna incipit natum regere ab ingressu eius in mundum: & regit ipsum quatuor annis qui sunt anni nutritionis. Deinde Mercurius regit ipsum decē annis Deinde Venus octo. Deinde sol nouem. Deinde Mars .15. post hoc Iupiter 12. Deinde Saturnus vsq; ad finem vitæ.

CAPVT DRACONIS Hic ponit naturā capitis & caudę draconis & patet.

SI AVTEM FVERIT ALIQVA DIES. Hic ponit ordinem planetarum quantum ad dominum dierū & horarū. Dicit q aliqua dies sit alicuius planetę. prima hora illius diei secundum q prima hora incipit ab ortu solis est illiusmet & .2. hora est planetæ qui succedit in ordine cœlorū descēdēdo. & tertia tertij planetę in ordine: & sic per ordinē vsq; ad finē .12. horarū diei artificialis. Et ille planeta cuius est .13. hora: ille est dominꝰ illius noctis. & cuius est .25 hora scilicet prima hora diei sequētis: illiꝰ est dies sequēs. & autor ponit exemplum in litera. ideo non est necesse vt ponam. & sic cōpleta est expositio secundæ differentiæ huius libri.

ET QVIA ANNVENTE DEO. Ista est tertia differentia huius libri in qua autor determinat de esse planetarum in semetipsis. & de esse eorum adinuicem scilicet vnius ad alterum. Et diuiditur in duas partes: quoniam in prima determinat de esse eorum in semetipsis. In secunda parte de esse eorum adinuicem. secūda est ibi. De esse autem ipsorum adinuicem. Et illa diuiditur in duas. quoniam primo determinat de esse quinq; planetarum respectu luminarium. Secunda de esse eorum inter se. secunda ibi: esse autem. Primo determinat de esse eorum in seipsis. Et est sententia literę talis. Planetæ aliquando dicuntur ascendentes & aliquando descēdentes & aliquādo dicuntur aucti lumine & magnitudine: & aliquādo diminuti lumine & magnitudine. Et quandoq; dicūtur aucti numero & quandoq; diminuti numero. Et quandoq; dicūtur aucti motu & quandoq; diminuti in motu. Et omnes planetæ prēter solem dicuntur quandoq; septentrionales & quandoq; meridionales. Et dicuntur ascēdentes & descendentes in septentrione & meridie. Ista sunt quæ accidunt planetis in semetipsis. Et ista exponit autor per ordinem in litera: dicens q planeta quandoq; ascendit in circulo suo eccentrico ita q; sit in superiori parte eccentrici sui non distans ab auge per 90. gradus ante vel retro & tunc lumē eius apparet minus & etiam apparet minor in quantitate & eius cursus est tūc tardus

quantum ad motum centri epicycli & dicitur tunc fortior. Quando autem eſt aliqua longitudinum mediarum eccentrici ſui ſcilicet diſtans ab auge per. 90. gradus prꝯciſe: tunc eſt æqualis in lumine & magnitudīe & curſu. ideſt nō dicitur magnus neꝯ paruus in lumine vel magnitudine & motus centri epicycli eſt ꝯqualis cū medio motu ipſius. Cum vero fuerit extra hæc loca ſcilicet diſtās ab auge plus. 90. gradibus ante vel retro: tunc deſcendit & apparet maior lumine & magnitudine. & mouetur centū epicycli tunc velocius q̄ medius motus ipſius. Et cum fuerit argumentum planetæ ꝯquatum minus. 180. gradibus ſcilicet quādo additur ꝯquatio argumēti ſuper medium motum: tunc dicitur auctus numero. Et ſi argumē: um ꝯquatum fuerit plus. 180. gradibus ſcilicet quādo ꝯquatio argumenti ſubtrahitur a medio motu tunc dicitur numero diminutus. Sed in luna quando additur æquatio dicitur aucta numero: quando ſubtrahitur / dicitur diminuta numero. Et quando aliquis trium planetarum altiorum mouetur velocius medio motu ſuo vocatur auctus motu & quādo vadit minus medio motu ſuo: vocatur motu diminutus. Eodem modo intelligitur de ſole & luna. Et quando mouetur tantum quantum medius motus ſuus: tunc dicitur motu ꝯqualis. Et quando Venus vel Mercurius mouetur velocius q̄ ſol: dicitur auctus motu. quando tardius: dicitur motu diminutus. Et quando aliquis planetarum. 6. tranſiuerit / nodum interſectionis deferentis ſui cum eclyptica qui nodus vocatur genzahar: eſt ſeptentrionalis. Et eſt ſeptentrionalis aſcendens ideſt augens latitudinem quouſcꝯ elongatus fuerit ab interſectione per. 90. gradus. Et cum elongatus fuerit plus. 90. gradibus ab interſectione eſt ſeptentrionalis deſcendens ideſt minuens latitudinem quouſcꝯ elongatus fuerit ab interſectione per. 180. gradus & tunc eſt interſectione oppoſita primæ & nullam habet latitudinem ideſt eſt in eclyptica: & cum tranſiuerit illam fit eius latitudo meridiana & eſt meridionalis deſcendens quouſcꝯ elongatus fuerit ab interſectione prima per. 270. gradus. Et cum trāſi uerit hunc numerum: eſt meridionalis aſcendens quouſcꝯ reuerti tur ad interſectionem primā vbi latitudo eius erit nulla. Hæc eſt ſententia literæ de eſſe planetarum in ſemetipſis.

DE ESSE AVTEM IPSORVM ADINVIcem tractemus. Prius determinauit de eſſe planetarum in ſeipſis. Hic determinat de eſſe eorum adinuicem. & primo de eſſe quinꝯ planetarum reſpectu luminarium. Et diuiditur in quatuor partes ſecundum quatuor eſſe quæ habent planetæ erga ſolem & lunam. Primum eſt viſio faciei ad faciem. Secundum eſt ſecuritas. Ter-

tium eſt combuſtio. Quartum eſt orientalis & occidentalis. Primo ergo determinat de viſione faciei ad faciem. Secundo de ſecuritate. Tertio de combuſtione. Quarto orientalitate & occidentalitate. Prima pars eſt in principio. Secunda incipit ibi: & ex hoc ductoria. Tertia ibi: & omnis planeta. Quarta ibi: & ex quo altiores.

¶ Sententia primæ partis eſt. Quando aliquis planeta fuerit occidentalis a ſole ſcilicet ꝙ oriatur poſt ſolis ortum & fuerint inter ipſum & ſolem tot ſigna quot ſunt inter domum illius planetæ & leonem qui eſt domus ſolis: talis planeta dicitur eſſe in viſione ſolis facie ad faciem. Verbi gratia. capricornus eſt domus Saturni & eſt ſextum ſignum a domo ſolis ſcilicet leone. cum igitur fuerit Saturnus in ſexto ſigno a ſole computando numerum ſignorum a ſole verſus Saturnum ſecundum ordinem ſignorum. Aliter enim non eſſet occidentalis ſi non cõputaretur hoc modo: tunc dicitur ipſum videre ad faciem. Et ſignum Sagittarij eſt quintum a leone. cum igitur Iupiter fuerit in quinto ſigno a ſole incipiendo a ſole verſus Iouem ſecundum ordinem ſignorũ: dicitur videre ipſum facie ad faciem & ſic de alijs. Et quando aliquis planeta fuerit orientalis a luna & fuerit inter ipſum & lunam ſecundum ordinem ſignorum tot ſigna quot ſunt inter domum ipſius planetæ & domum lunę ſcilicet cancrum: tunc dicitur eſſe in eius viſiõe facie ad faciem. Verbi gratia: cancer eſt ſignum ſextum ab alia domo Saturni ſcilicet ab aquario: ideoꝙ cũ fuerit luna a Saturno i. 6. ſigno eſt inter eos viſio facie ad faciem. Et etiam cancer eſt ſignum quintum a domo Iouis ſcilicet a piſcibus: ideoꝙ cũ fuerit luna in. 5. ſigno a Ioue ſecũdum ordinem ſignorum eſt inter eos viſio facie ad faciem: & ſic de alijs ſuo modo poteris exemplificare.

EX HOC DVCTORIA PLANETÆ. Hic determinat de. 2. eſſe. 5. planetarum erga luminaria ſcilicet de ductoria quod idem eſt ꝙ ſecuritas. Et eſt ſententia talis. quãdo aliquis plaueta eſt in ſuo haim & in aliquo angulorum aſcendentis ſcilicet in aſcendẽte vel in. 10. vel. 7. vel. 4. domo & aliquod luminarium ſit in aliquo angulorũ ab ipſo planeta ita ꝙ ſit planeta in die orientalis a ſole & in nocte occidentalis a luna: hoc eſt vt ſit in die in. 10. ſigno a ſole: tũc enim eſt in angulo a ſole & orietalis. vel in nocte in. 4. ſigno a luna: tunc enim eſt in angulo a luna & occidentalis/ tũc dicitur eſſe in ſua ductoria. Angulus autẽ oppoſitionis nõ habet hic locũ. Ratio eſt quia planeta exiſtẽs in oppoſito ſolis vel lunæ nec eſt orientalis nec occidentalis. Poſtea dicit ꝙ omnis planeta a tempore quo abſconditur ſub radijs ſolis vſq; ad

tempus quo incipit apparere dicitur combuſtus. Et incipit comburi quãdo incipit intrare radios: & cum venerit prope ſolem infra. 12. gradus vocatur oppreſſus: & cum fuerit cum ſole in eodem gradu & fuerit inter eos minus ſemidiametro ſolis & cũ hoc latitudo planetæ fuerit minor ſemidiametro ſolis: dicitur vnitus vel incorporatus ſoli. Et cum tranſiuerit hanc vnionem dicitur eſſe in conualeſcentia donec ſit liberatus a radijs ſolis.

SEX QVO APPARENT ALTIORES TRES.

Hic determinat de orientalitate & occidentalitate planetarũ. Dicit ꝙ tres planetæ ſuperiores quãdo exeunt de ſub radijs ſolis & incipiunt apparere de mane ante ortum ſolis quouſq; veniãt ad oppoſitum ſolis. hoc eſt ꝙ ſint propinquiores circulo horizontis orientalis q̃ occidentalis quando ſol eſt in linea mediꝫ noctis tũc vocantur orientales & dextri. Vocãntur orientales eo ꝙ oriuntur ante ſolem: & vocantur dextri eo ꝙ ſunt in dextra parte cœli a ſole. Pars enim occidentalis eſt dextra & orientalis ſiniſtra. Ponatur enim ꝙ homo vertat faciem ſuã verſus meridiem patet ꝙ oriẽs eſt ſibi a ſiniſtris & occidens a dextris. Et quando aliquis trium ſuperiorum planetarum tranſiuerit oppoſitionem ſolis dicitur occidentalis ſiniſter. dicitur occidentalis non ꝙ ſit in parte occidentali cœli a ſole immo huius contrarium eſt verum. Sed dicitur occidentalis pro tanto quia occidit poſt ſolem. Et dicitur ſiniſter quia eſt in parte orientali cœli a ſole quæ eſt ſiniſtra: ſecundum quod dictum eſt. Venus vero & Mercurius quilibet eorum infra tempus quo circuit epicyclũ ſuũ coniungitur ſoli bis. vna vice per directionem ſcilicet in ſuperiori parte epicycli. Alia vice per retrogradationẽ ſcilicet in inferiori parte epicycli. Igitur quando aliquis eorum ſeparatur a cõiunctione ſolis in medio retrogradationis ſcilicet in inferiori parte epicycli: recedit a ſole verſus partem occidentalem cœli. Et quando elongatus fuerit a ſole tantum ꝙ poteſt videri: videtur de mane ante ortum ſolis. ideo tunc vocatur orientalis dexter donec comburatur a ſole ideſt donec iungatur ſoli in ſuperiori parte epicycli per directionem. Et cum ſeparatus fuerit a ſole per directionẽ videtur de veſpere poſt occaſum ſolis. ideo tunc vocatur occidentalis ſiniſter donec iterum comburatur. Et eſt differentia inter venerem & Mercurium & tres ſuperiores. Venus enim & Mercurius quandoq; in receſſu eorum a ſole ſiue in exitu de ſub radijs fiunt orientales & quandoq; in exitu eorum de ſub radijs fiũt occidentales. Planetæ autem ſuperiores ſemper cum exeunt de ſub radijs ſolis fiunt orientales. Et dicũtur augmẽtari in fortitudine donec iunt elõgati a ſole per. 30. gradus. & a. 30. vſq; ad. 60. dicũtur

fortes. Et poſtq̃ elongati fuerint a ſole vltra .60. gradus dicuntur orientales euntes ad debilitatem vſq; ad principium retrogradationis. Et a principio retrogadationis vſq; ad oppoſitionẽ ſolis dicuntur orietales retrogradi. Et ab oppoſitione vſq; ad directionẽ dicuntur occidentales retrogradi. Et a directione vſq; ad .30. gra. poſt directionem dicuntur occidentales fortes. Et a .30 gra. poſt directionem quouſq; veniant ad .30. gra. prope ſolẽ: dicuntur occidentales euntes ad debilitatem. Et poſtea dicuntur occidentales debiles quouſq; comburantur. Venus vero & Mercurius quando ſeparantur a ſole per retrogradationem fiunt orientales & vocantur debiles quouſq; veniant ad directionem: & a directione donec ſint elongati a ſole tantum quantum ſolent elongari in principio retrogradationis: dicuntur orientales fortes. Deinde fiunt debiles orientales & quouſq; opprimantur ſub radijs ſolis: & poſtea dicuntur vniti cum ſole: deinde combuſti euntes ad apparitionem: & ab apparitione eorum vſq; ad elongationem eorum a ſuperiori parte epicycli per .60. grad. ſunt occidentales fortes: & ab hoc loco vſq; ad retrogradationem ſunt occidentales euntes ad debilitatem: & poſtea vſq; coniunctionẽ ſunt occidẽtales debiles. Si vero nõ intelligeretur litera hoc modo eſſe falſa cũ nõ ſit: poſſibile eſt eos elongari a ſole vſq; ad .60. gra. in zodiaco. Poſtea dicit quãdo aliquis planeta exit de ſub radijs ſolis & nulli cõiũgitur corpore vel aſpectu eſt in ſuo lumine proprio.

ESSE ILLORVM ERGA SE INVICEM. Prius determinauit de his quæ accidunt planetis in ſemetipſis: & his quæ accidũt quinq; planetis erga luminaria: hic determinat de his quę accidũt .7. planetis ad ſe inuicem. Et poſſet diuidi in tot partes quot ſunt modi accidentium quæ accidunt planetis adinuicem. Et poſſunt reduci ad .16. modos ſecundum ſentẽtiam literę: qui ſunt iſti: cõiunctio/ vacuatio/ curſus/ feralitas/ tranſlatio luminis/ reddit⁹ luminis/ prohibitio/ pulſationaturę/ receptio/ reditus naturæ/ refrenatio ſiue contrarietas/ fruſtratio/ abſciſſio luminis/ veneratio/ deſtructio/ obſeſſio: dilectio & odium. Iſta exponit auctor in litera per ordinem vſq; ad finem iſtius differentię. Sententia primæ partis eſt talis. Coniunctio eſt cum fuerint duo planetæ in duobus ſignis quæ ſe aſpiciunt aliquo aſpectu: & ille qui fuerit leuior inter eos. i. velocior in motu tranſiuerit de ſuo ſigno pauciores grad⁹ q̃ põderoſus. i. tardior motu de ſuo ſigno. ita ꝙ differẽtia iſta ſit .6. gra. vel infra: & tũc dicitur ꝙ leuior vadit ad cõiunctionẽ ponderoſioris. verbi gratia. pono ꝙ ſol ſit in ariete & tranſiuerit de ipſo ariete .6. gra. & Mars ſit in Leone & tranſiuerit

de ipso .12. gra. ista duo signa aspiciunt se aspectu trino. Et sol qui est velocior in motu q̄ Mars transiuit pauciores gradus de ariete q̄ Mars de leone: & sunt in differentia .6. grad. In proposito exēplo sol vadit ad cōiūctionē Martis de aspectu trino. Et si sol esset in .12. gradu arietis: & Mars in .12. gradu leonis: tunc esset coniūctio completa. Et si sol esset vltra duodecimum gradū arietis Marte existente in .12. Leonis: tunc esset inter eos separatio. Et hæc vocatur coniunctio longitudinis. Coniunctio autem latitudinis est cum fuerint duo planetæ in vno signo coniuncti corporaliter & fuerint ęqualis latitudinis ab eclyptica: ita quod latitudo vnius sit ascendens in septentrione & alterius descendens in septentrione/ vel vnius ascendens in meridie & alterius descendens in meridie. Vel si fuerit cōiunctio ex aliquo aspectuum & latitudo vnius fuerit septentrionalis ascendēs: alterius meridiana ascendens. Verbi gratia. pono quod luna cōiūgatur Saturno in aliquo signo: & in aliquo gradu & minuto illius ita quod Saturnus sit iuxta genzahar suū vadens ad septentrionem in latitudinem: & sit eius latitudo .3. minutorum & luna appropinquet ad caudā draconis veniens a septentrione minuens latitudinem: ita quod eius latitudo similiter sit .3. minutorum hæc est coniunctio verissima quantum ad longitudinem & latitudinē. Et in hoc casu luna eclypsaret Saturnum nisi diuersitas aspectus lunæ esset tanta quod impediret. Licet auctor dicat quod latitudo vnius debeat esse ascendens & alterius descendens: tamen videtur mihi ♃ in coniunctione corporali id omni casu quo contingere poterit quod latitudines amborum sint æquales ad eandem partem. Volo dicere ♃ ambę latitudines sint septentrionales vel ambę meridionales erit coniunctio latitudinem veridica: & in aspectu oppositionis si latitudines fuerint æquales in diuersis partibus: ita ♃ vna sit meridionalis & alia septentrionalis erit aspectus veridicus quantū ad latitudines.

ET CVM SEPARETVR VNVS PLANETA ab alio. Hic ponit vacuationem cursus. Dicit quando aliquis planeta fuerit coniunctus alteri/ corpore vel aspectu: & post separationem ab illo non coniungitur alicui alteri corpore vel aspectu: quādiu fuerit in illo signo tūc dicitur esse vacuus cursu. Verbi gratia. pono quod luna iungatur Ioui corporaliter in Sagittario: & post separationem eius a Ioue non sit aliquis planeta in Sagittario cui possit cōiungi: nec radij alicuius quem possit aspicere in hoc casu luna est vacua cursu donec exeat de Sagittario & iungatur alicui corpore vel aspectu.

ET SI FVERIT PLANETA IN ALIQVO SIgno. Dicit quando aliquis planeta fuerit in aliquo ſigno vbi nullus alter planeta ſit nec radij alicuius: ille planeta quādiu fuerit in ſigno illo ſic ſe habente/ dicitur eſſe feralis ſiue ſylueſtris:in ſimilitudinē hominis non habentis ſocietatem cum aliquo.

ET CVM FVERIT SEPARATVS. Dicit quando planeta velocioris motus ſeparauerit ſe a planeta tardioris motus/ & in ſe parando ſe abeo iungatur alteri:tunc tranſfert naturā primi ad ſecundum. Verbi gratia. pono quod luna ſeparetur a coniunctione corporali Iouis:& anteq̄ compleatur ſeparatio cōiungatur Saturno aliquo aſpectu:vel corporaliter luna tranſfert tūc naturam Iouis ad Saturnum. Fit etiam alio modo tranſlatio ſcilicet quando planeta leuis coniungitur ponderoſiori ſe:& ille ponderoſus alteri adhuc ponderoſiori ſe:tunc medius tranſfert naturam leuis ad ponderoſiorem. verbi gratia. pono quod luna aſpiciat Iouem aliquo aſpectu & Iupiter aſpiciat Saturnū. Iupiter in hoc caſu tranſfert naturam lunæ ad Saturnum.

SI AVTEM NON CONIVNGITVR. Dicit quod quando duo planetæ fuerint hoc modo diſpoſiti quod vnus eorum nō iungitur alteri ſed ambo iunguntur alicui tertio: tunc ſi ille tertius aſpiciat aliquem locum ex locis circuli proijcit lumen illorum duorum ad illum locum. Et ſi aliquis planeta fuerit in loco radiorum ſuorum reddit illi lumen illorum duorum. Verbi gratia. pono quod ſol ſit in capricorno & Venus in piſcibus: ita ☿ non aſpiciant ſe. Deinde pono quod Mars ſit in cancro aſpiciens ſolem de oppoſito & venerē de tertio. in hoc caſu Mars recipit lumen ſolis & veneris: & reddit lumina ipſorum ad loca circuli in quibus ſunt radij Martis:& hoc vocatur redditus luminis. Fit etiam alio modo redditus luminis quando duo planetæ non aſpiciunt ſe: ſed tertius tranſfert lumen vnius ad alterum ita ☿ ſeparetur ab vno & iungatur alteri:& tunc idem eſt ☿ tranſlatio.

SEQVITVR PROHIBITIO. Dicit quādo tres planetæ fuerint in vno ſigno ſed in diuerſis gradibus/ & ille qui fuerit tardior motu trāſiuerit plures gradus illius ſigni quā aliquis aliorū duorum: tunc medius eorum prohibet coniunctionem leuioris cum ponderoſo. verbi gratia. pono quod Saturnus ſit in. 12. gradu virginis:& pono quod Mars ſit in quinto gradu eiuſdem virginis. in hoc caſu Mars petit coniunctionem Saturni. Sed pono quod luna ſit in. 8. gradu eiuſdem virginis:in hoc caſu non eſſet iudicandum ☿ Mars coniungeretur Saturno: quia luna eſt in

medio & prohibet eius coniunctionem. Fit etiam prohitio alio modo: ita ♀ duo planetæ sint in vno signo & leuior iungitur ponderosiori & alter planeta aspiciat eundem ponderosum: & aspectus eius sit ita prope sicut coniunctio corporalis alterius: tunc ille qui corporaliter iūgitur prohibet aspicientem ne aspiciat. Et si in hoc casu vnus illorū fuerit propinquior q̄ alter: ille qui fuerit propinquior obtinet & dicitur iūgi pōderosiori. verbi gratia. pono quod Saturnus sit in. 12. gradu virginis: & Mars in. 8. gradu eiusdem. Et pono quod Iupiter proijciat radios suos ad octauum gradum virginis in hoc casu Mars prohibet aspectum Iouis. Sed si Iupiter proijceret radios suos ad nonum gradum: esset iudicandum quod Iupiter aspiceret Saturnum: & cum hoc prohiberet coniunctionem Martis. Et si Iupiter proijceret radios suos ad. 7. gradū: esset iudicandum ♀ Mars iungeretur Saturuo & cum hoc prohiberet aspectum Iouis.

ET SI IVNGITVR PLANETA DOMINO ILLIVS SIgni. Dicit quādo aliquis planeta iūgitur per aspectū domino illius signi in quo fuerit vel domino exaltatiōis vel triplicitatis vel termini vel faciei: dicitur mittere naturā domini illius dignitatis ad ipsum cuius fuerit dignitas. verbi gratia. pono ♀ ☉ sit in capricorno aspiciens Saturnum existentem in virgine. in hoc casu sol est in domo Saturni & mittit naturam ipsius Saturni Saturno. Et si leuis planeta fuerit in aliquo loco vbi habet dignitatem aliquam. verbi gratia. quod sit domus sua vel exaltatio &c. & aspiciat aliquē planetam ponderosiorem se qui nullam habeat dignitatem in loco eius: dicitur leuis mittere suam fortitudinem ponderoso. verbi gratia. pono ♀ luna sit in tauro scilicet in exaltatione sua & aspiciat Saturnum existentem in virgine de trino. in hoc casu luna naturam suam siue virtutē mittit ipsi Saturno/licet Saturnus nullā habeat dignitatē in loco lunę. Sed si Saturnus habeat dignitatē in loco lunæ. verbi gratia. pono ♀ luna sit in. 24. gradu tauri in exaltatione sua & in termino & facie Saturni & aspiciat Saturnū: mittit Saturno naturam propriam & naturam Saturni ratione termini & faciei suę.

ET QVANDO FVERINT ALIQVA DIGNITATVM suarum. Dicit: planeta leuior aspicit ponderosiorem se & leuior habet dignitatem in loco in quo est: & ille quem aspicit etiam habet ibidem aliquam dignitatem: tūc leuis mittit ponderoso vtraq; naturas/scilicet suam propriam/ & illius quem aspicit. & hæc missio vocatur receptio. verbi gratia. pono ♀ sol sit in ariete in exaltatiōe sua & in domo Martis & aspiciat martē aliquo aspectu. in hoc casu sol mittit Marti naturā suā propriam & cū hoc naturā Martis

ratione domus ſuæ: & Mars recipit ſolem a domo ſua. Et ſi contingat ♀ inferior ſit in dignitate ſuperioris/ & econtra ſuperior in dignitate inferioris: illa eſt melior receptio quę eſſe poteſt. verbi gratia. ſit ſol in ariete in domo Martis & Mars in leone in domo ſolis & ſol aſpiciat Martē aſpectu tertio: talis receptio ītegra & pfecta.

HINC SEQVITVR REDDITVS. Dicit quādo inferior planeta aſpicit ſuperiorem. & ille quē aſpicit eſt cōbuſtus ſub radijs: vel retrogradus. in hoc caſu ſuperior reddit inferiori virtutē quā ſibi miſit: quia propter debilitatem ſuam non poteſt retinere eam. Et ſi in tali caſu vterq; fuerit in angulo vel in ſuccedenti: tunc reddit⁹ fit cū proficuo. Et ſi inferior fuerit in angulo & ſuperior nō ita tamē ♀ ſuperior recipiat inferiorem: talis redditus etiam fit cū proficuo. Et ſi inferior fuerit cadens ab angulo & ſuperior in angulo fit redditus cum proficuo. Et ſi ambo fuerint cadentes redditus fit cum detrimento. verbi gratia. pono ♀ luna ſit in tauro & aſpiciat Mercurium exiſtētem in capricorno combuſtum. in hoc caſu luna mittit Mercurio naturam ſuam: ſed quia Mercurius eſt combuſtus nō poteſt retinere naturam ſibi miſſam: ideo reddit lumē illud quod recipit ab ea. & ſi in hoc caſu ambo fuerint in angulis/ redditus eſt proficuus &c.

DEINDE SEQVITVR ALMENEM. Dicit quando planeta inferior vult coniungi ſuperiori: ſed anteq̄ compleatur coniunctio inferiori fit retrogradus/ hoc vocatur refrenatio. verbi gratia. pono ♀ Saturnus ſit in. 12. gradu virginis: & Venus in principio virginis vadens ad coniunctionem Saturni. Sed cum peruenerit Venus ad. 8. gradum vel nonum ſcilicet anteq̄ cōtingat Saturnū incipit retrocedere. in tali caſu refrenatur Venus ne coniungatur Saturno: & idem intellige de aſpectu ſi iret ad aſpectum: ſed anteq̄ aſpectus compleretur inciperet retrocedere.

HANC SEQVITVR ALCHORAD IDEST CONTRARIETAS. Dicit quod contrarietas eſt quando tres planetæ fuerint in vno ſigno quorum vnus ſit ponderoſus. & alij duo leues: & vnus duorum leuium tranſiuerit ponderoſum & alter petat coniunctionem ponderoſi/ ſed anteq̄ coniungatur ponderoſo: ille qui tranſiuerit ponderoſum ſit retrogradus: & coniungitur pōderoſo per retrogradationē: & obuiat alteri leui/ tunc retrogradus deſtruit coniunctionē illius cui obuiat cū pōderoſo. Verbi gratia. pono quod ſit Saturnus in. 8. gradu virginis: & Mars ſit in. 12. gradu eiuſdē: & Iupiter ſit in principio virginis petens coniunctionem Saturni: ſed anteq̄ coniungatur ſibi: Mars incipiat retrogradari & coniungi Saturno per retrogradationem & obuiet Ioui: in hoc caſu Mars deſtruit coniunctionem Iouis cum Saturno.

SEQVITVR ALPHARIM/ID EST FRVSTRATIO.
Dicit ℣ fruſtratio eſt quãdo planeta leuis petit cõiunctionẽ ponderoſi. ſed anteq̃ compleatur coniũctio/ponderoſus intrat aliud ſignum: & ſint radij alicuius alteri⁹ planetæ in principio illius ſigni: tunc quando leuis volens coniungi ponderoſo intrat illud ſignum: coniungitur radijs illius planetæ ibi aſpicientis: & ſic annullatur coniunctio prima. verbi gratia. pono quod Saturnus ſit in. 29. gradu leonis/ & Mars ſit in. 24. gradu eiuſdem/ petens cõ iunctionem Saturni. Sed anteq̃ iũgatur Mars Saturno Saturnus intret virginem: & pono quod Iupiter aſpiciat primũ gradũ virginis. in hoc caſu Mars exiens de leone coniungitur radijs Iouis: & ſic annullatur coniunctio Martis & Saturni.
HANC QVOQVE SEQVITVR ABSCISIO LVMInis. Dicit ℣ abſciſio luminis eſt quando aliquis planeta leuis petit coniunctionẽ ponderoſi/ & in ſecundo ſigno a ſigno ponderoſi ſit alter planeta. ſed anteq̃ leuis iũgatur põderoſo/ille qui eſt in ſecũdo ſigno ſit retrogradus & iungitur põderoſo. in tali caſu retrogradus abſcindit lumen ponderoſi a planeta qui volebat ei iungi. Et eſt quaſi idem quod contrarietas: ſed differt in hoc/ quia in contrarietate planeta retrogradus non ſolum iungitur ponderoſo ſed etiam iungitur leui qui volebat iungi ponderoſo per obuiationem & poteſt exemplificari ſicut ibi fuit dictum. Fit etiam alio modo abſciſio luminis. ſ. quando planeta leuis petit coniunctionem ponderoſi/ & ille ponderoſus petit coniunctionem alterius ponderoſioris & iungitur ei anteq̃ leuis iũgatur primo ponderoſo. verbi gratia. pono quod Mars petat coniunctionem Iouis/ & Iupiter patet coniunctionẽ Saturni: & anteq̃ Mars iũgatur Ioui/ Iupiter iungatur Saturno. in tali caſu Saturnus abſcindit lumẽ Iouis a Marte.
SVNT QVOQVE HIS PLANETIS. Dicit ℣ planetæ in quibuſdã locis cõfortãtur/ & in quibuſdã debilitãtur/ & in quibuſdam locis ſũt fortunę/ & in quibuſdã infortunę. Fiunt fortunæ in aſpectu ſextili vel tertio bonorũ: & vt ſi fortunæ ſint cadẽtes ab eis iuxta ℣ intelligẽdũ eſt ℣ quãdo aliqs planeta eſt in eodẽ ſigno cũ alio vel in quarto vel in ſeptimo vel decimo ab ipſo: dicitur eſſe in angulo ab illo. Et ſi fuerit in ſecũdo ſigno ab ipſo vel in quinto vel in octauo vel in. 11. dicitur eſſe ab ipſo in ſuccedẽti. Et ſi fuerit ab ipſo in tertio ſigno vel in. 6. vel. 9. vel. 12: dicitur eſſe in cadẽti ab ipſo. Fiunt etiã fortunæ quãdo ſeparãtur ab vna fortuna & iunguntur alteri: aut quod ſint inter radios duarũ fortunarũ/ & hoc vocatur veneratio a quibuſdã. Fiunt etiã fortunę quãdo ſunt vniti ſole in eodẽ gradu: aut quod ſint in ei⁹ aſpectu tertio vel ſextili vel in aſpectu trino vel ſextili lunę: & etiã vt ſint aucti nume-

ro & lumine: & quod ſint in aliqua dignitatum ſuarum vel in ſuo haim. Et planetæ fiunt fortiores quãdo aſcendũt in circulo augis & quãdo ſunt ſeptentrionales vel aſcẽdunt in ſeptentriõe. Similiter fortificantur quando ſunt in ſtatione ſecunda euntes ad directionẽ. Similiter quando exeunt de ſub radijs ſolis & quando ſunt in ãgulis vel in ſuccedẽtibus. Et tres ſuperiores fortificãtur quãdo ſunt orientales. Et ſi aſpiciunt ſolẽ aſpectu ſextili: augmentatur eorũ fortitudo. Similiter quãdo fuerit in quartis maſculinis vel in ſignis maſculinis. Fortitudo ſolis etiã augmẽtatur in quartis & in ſignis maſculinis pr̃eterq̃ in libra. ibi enim nõ fortificatur propter caſum ab exaltatiõe licet libra ſit ſignũ maſculinũ & etiã in quadra maſculina. Et tres inferiores planetæ. ſ. exiſtentes ſub ſole: ſignificantur quando ſunt occidentales a ſole: & in quartis & in ſignis fœmininis. Et luna fortificatur cum fuerit in nocte ſuper terram: & in die ſub terra & cum fuerit in ſigno & in loco fœminino & cũ fuerit in exaltatione ſolis ſcilicet in ariete.

EX INFORTVNIO VERO PLANETARVM. Dicit qd planetę fiunt infortunæ ideſt infortunãtur quãdo ſunt in aſpectibus malorũ: & quãdo coniũguntur malis per corpus vel per aſpectum ita quod inter eos & corpus mali vel inter eos & radios mali ſit minus termino vnius planetæ. Et infortunantur quãdo ſunt in terminis malorũ aut in domibus malorũ. Verbi gratia. Iupiter vel Venus infortunatur in terminis Saturni & Martis: & in domibus eorũ. Et infortunãtur quando infortunæ eleuãtur ſuper ipſos ita quod ſint infortunę in. 10. vel. 11. ſigno ab ipſis. Iuxta quod intelligẽdũ eſt quod planeta exiſtẽs in. 10. ſigno ab alio dicitur eleuari ſuper ipſum: ſicut exiſtẽs in. 10. domo eleuatur ſuper aſcẽdẽs: & ſi iſtud fiat ſine receptiõe eſt peius. Verbi gratia. pono quod Iupiter ſit in principio Sagittarij & Saturn⁹ in pricipio virginis. in hoc caſu Saturnus eleuatur ſuper Iouẽ. Virgo enim eſt decimũ ſignũ a Sagittario. Infortunãtur etiã quãdo ſunt ī cõiũctiõe ſolis: vel in oppoſito ſolis: vel in aſpectu eius quarto. Etiã infortunãtur quãdo ſunt in capitibus ſuorũ genzahar ideſt in interſectiõibus defectiõũ eorũ cũ eclyptica/ ſiue in capite vel cauda draconis eorũ/ vel prope hæc loca per. 12. gradus vel infra: maxime ſi in his locis luna fuerit impedita ab eis: vel ſol ſcilicet vt luna: vel ſol iũgatur eis in his locis vel aſpiciat eos aſpectu inimico. Ratio autẽ quare infortunãtur in his locis/ eſt: quia poſſunt ibi eclypſari. Infortunantur etiã quãdo diſtãt a ſole per quatuor gradus ante vel retro. Et quando fuerint inter corpora vel radios duorum malorum: ita quod ſeparentur ab vno malo corpore vel aſpectu & iungantur alteri malo: aut fuerit malus / vel radij eius in ſigno quod eſt ante

eum & aliter malus vel radij eius in ſigno quod eſt poſt eum. tunc enim dicitur obſeſſus. Verbi gratia. pono ♀ Iupiter ſit in virgine & in. 11. gradu: & Mars vel radij Martis ſint in. 10. gradu eiuſdē & Saturnus vel Mars ſint in. 12. gra. eiuſdē in hoc caſu Iupiter diceretur obſeſſus a duabus infortunis. Eodē modo dicitur de ſignis ♀ ſunt obſeſſa quando vnus malus eſt in eius principio & alter in eius fine. Sed quando ſol vel fortuna aſpicit planetam vel ſignum obſeſſum aſpectu ſextili vel tertio: ita ♀ ſit aſpectus ad. 7. gradus prope vel infra: tunc per talem aſpectum ſoluitur obſeſſio. Infortunantur etiam quando ſunt retrogradi vel combuſti aut cadentes ab angulis. Et debilitātur quando ſunt tardi curſus quod vadant minus medio motu eorum. Et quando ſunt in ſtatione prima eūtes ad retrogradationem: aut ♀ ſint in gradibus tenebroſis: aut planetæ maſculini in ſignis vel gradibus fœmininis: & in die ſub terra & in nocte ſuper terrā: aut fœminini in ſignis maſculinis & in gradib⁹ maſculinis & in die ſuper terrā & in nocte ſub terra. Hoc enim eſt cōtrariū haim ideſt ſimilitudini eorū. Et debilitātur ſine infortunantur quando ſunt in locis oppoſitis dignitatum ſuarum: aut ♀ ſint in latitudine meridiana ab eclyptica maxime ſi fuerint deſcendentes in eadem latitudine: aut ſint in via combuſta ſcilicet a medietate libræ vſq; ad medium ſcorpionis: aut ſint iuncti planetæ retrogrado: aut cadenti: aut quod non ſint recepti. Et tres ſuperiores ſcilicet Saturnus Iupiter & Mars debilitantur cum fuerint occidētales a ſole: aut in quartis fœmininis: & ſol debilitatur in ſignis & in quartis fœmininis: niſi fuerit in nona domo: quia in illa gaudet. Tres inferiores ſcilicet Venus Mercurius & luna debilitātur in ſignis & in quartis maſculinis. ¶ Et dicitur de planetis quod ſunt quidam eorum ſeinuicem diligentes. Dicit quod quidā planetæ diligunt ſeinuicem: & quidam habent ſe odio: & patet in in litera. & ſic completa eſt expoſitio tertiæ differentiæ Alcabitij introductorij ad iudicium.

DIFFERENTIA QVARTA IN EXPOSItione nominum aſtrologicorum. Completis tribus differentijs huius libri in quibus auctor determinauit de eſſe circuli ſignorum eſſentiali & accidentali in prima differentia: & de naturis ſeptem planetarū in ſecunda differentia: & de his quæ accidunt ſeptem planetis in ſemetipſis: & adinuicem ſcilicet in tertia differētia. Sequitur quarta differentia in qua exponit nomina quibus vtuntur magiſtri iudiciorum & docet ea applicare ad opus. Et poteſt tota illa differentia diuidi in. 16. partes ſecundum. 16. capitula quæ ponit in ea. In primo capitulo loquitur de coniunctionibus magnis

connumerando eas. In ſecundo capitulo docet inueſtigare gradū aſcendentem alicuius natiuitatis. In tertio capitulo docet eligere locum vitæ in natiuitatibus. In quarto capitulo docet eligere datorem annorum vitæ in natiuitatibus. In. 5. docet eligere planetā dominatorem natiuitatis qui preeſt nato poſt hylech & alcochoden. In. 6. tractat de profectu annorū natiuitatis & mundi. In. 7. c. docet dirigere ſignificatorem quēlibet ad quēlibet locum circuli. In. 8. docet dirigere gradum aſcendentem in natiuitatibus. In 9. docet inuenire duodenarias planetarum & domorum. In. 10. docet inuenire nouenarias. In. 11. docet inuenire decanum. In. 12. docet inuenire dominum orbis ſiue horæ. In. 13. docet inuenire annos fridarię in natiuitatibus. In. 14. docet cognoſcere quis planetarum eleuatur ſuper alterum. In. 15. docet inuenire quando fit apertio portarum. In. 16. loquitur de horis fortunatis & infortunatis: vbi partes incipiant patebit in proceſſu. In primo ergo. c. loquitur generaliter de magnis coniunctionibus & dicit ꝙ coniunctiones magnę: ſunt res ſignificantes deſtructiones ſiue mutationes quę fiunt in hoc ſeculo: & ſunt. 6. in numero. ¶ Prima maior omnibus coniunctionibus eſt coniunctio Iouis & Saturni in principio arietis & hoc fit in. 960. annis ſemel. ¶ Secūda coniunctio eſt mutatio coniunctionis Iouis & Saturni de vna triplicitate ad aliam: & hoc fit in. 240. annis ſemel. Et quando venit cōiunctio eorum ad aliquā triplicitatē anteq̄ exeat illam duodecies coniunguntur. Verbi gratia. coniunctio Iouis & Saturni nunc eſt in triplicitate aerea & incipit in ſigno geminorum anno domini. 1325. ab illo tempore in. 20. annis ſcilicet anno domini. 1345. coniungentur in aquario/ & ab illo in. 20. annis coniungetur in libra & poſtea in geminis: & ita ſecundum hunc ordinem donec in his tribus ſignis duodecies coniungantur. & ſi multiplicaueris. 20. per 12. inuenies. 240. annos: poſt quos coniunctio mutabit ſe & intrabit triplicitatem aquaticam & ſtabit ibi ſimiliter per. 240. annos & ſic de alijs triplicitatibus intelligas: & intelligas ꝙ ſicut dicit ꝙ coniunctio maxima reuertitur in. 960. annis ad principiū arietis/ ideſt ad triplicitatem igneam: ita coniunctio intrans principiū alcuius alterius triplicitatis non reuertitur ad principium eiuſdem niſi poſt. 960. annos. ſtabit igitur vt ſupra dictum eſt in qualibet triplicitate. 240. annis: triplicitates ſunt quatuor. multiplica igitur. 240. per quatuor: & inuenies. 960. annos. Tertia coniunctio eſt Martis & Saturni in cancro in quibuſlibet. 30. annis. Quarta coniunctio eſt Iouis & Saturni in quocunq; ſigno fuerit: & hoc fit in. 20. annis ſemel. Quinta coniunctio eſt introitus magni luminaris in primum minutum equinoctij vernalis ideſt arietis. Sexta

coniunctio est solis & lunæ & eorum oppositio. Et quãdo dicitur ascendens coniunctionis magnę: intelligitur de ascendente scilicet introitus solis in arietẽ in illo anno in quo debet fieri illa cõiũctio. Verbi gratia coniunctio Iouis & Saturni fuit in geminis anno domini. 1325. Et ascendens introitus solis in arietem in illo anno fuit taurus. 20. gradus: taurus ergo est ascendens illius coniunctionis. Istæ coniunctiones quæ dictæ sunt vocantur coniunctiones magnę. Alię multę sunt coniunctiones in planetis quarũ numerus est. 120. secundum Ptolemæum in. 50. propositione centiloquij. Dicit enim ibi. non obliuiscaris esse. 120. coniunctiones quæ fiunt in stellis erraticis. In illis enim est maior scientia eorum quę fiunt in hoc mundo suscipienti incrementum & decrementũ. Haly ibi in cõmento numerat eas: & dicit ꝙ quędã sunt cõiũctiones binarię & quædã trinarię quædã quatrinarię quędã quinarię quędam senarię quędã septenarię. Binaria autẽ cõiunctio est: quãdo duo planetæ tantum cõiunguntur: & hoc potest. 21. modis variari. Ternaria coniunctio est quando cõiunguntur tres planetę: & hoc potest variari triginta quinq; modis. Quatrinaria coniunctio est quando coniunguntur quatuor planetæ: & hoc potest variari similiter. 35. modis. Quinaria coniunctio est quando coniũguntur quinq; planetæ: & hoc potest variari. 21. modis. Senaria coniunctio est quando coniunguntur sex planetæ: ꝙ hoc potest variari. 7 modis. Septenaria non est nisi vna scilicet coniunctio omnium septem planetarum. Et si cõputaueris seu addideris hos numeros prędictos adinuicem: inuenies. 120. Qui volũt singulas numerare: inuenient eas numeratas in commento propositionis preallegatę.

ET EX HOC ANNIMODAR QVOD EST. In hoc capitulo auctor docet inuestigare gradũ ascendentem cuius natiuitatis: supposito quod sciatur signũ ascẽdens & ignoretur gradus: & hoc docet secundum sententiam Ptolemęi non secundũ propriam intentionẽ. Dicit enim Ptolemęus in. 34. propositiõe centiloquij. Almusteli super locum coniunctionis vel prętionis est in consimili gradu anguli ex angulis omnis natiuitatis humanę quæ fuerit in illa coniunctione vel prętentione. Et omnis gradus qui non est similis gradui almutẽ super locũ coniunctionis vel prętentionis non est angulus alicuius natiuitatis humanę. Sententia literę talis est. cũ volueris inuenire gradum ascendentẽ natiuitatis alicuius cõsidera coniunctionẽ solis & lunæ quæ pręcessit natiuitatẽ vel oppositionẽ si pręcessit oppositio. Si pręcessit cõiunctio: natiuitas dicitur coniunctionalis: si pręcessit oppositio siue prętentio quod idẽ

eſt: natiuitas vocatur præuẽtionalis. Si natiuitas fuerit cõiunctionalis cõſidera gradũ in quo cõiungũtur luminaria. ſ. gradum zodiaci in quo fuit cõiunctio pręcedẽs illam natiuitatẽ. & vide quis planetarũ ſit fortior in gradu per multitudinẽ teſtimoniorum. ille enim eſt almutẽ ſuper locum cõiunctionis. Aequa ergo eũ ad horam natiuitatis: quo æquato cõſtitue aſcendens ad horã natiuitatis ſecundũ ęſtimationẽ: ita tamẽ quod ſis certus de ſigno aſcendẽte. Si enim deficeres in ſigno/ hæc regula non valeret tibi. Habito igitur ſigno aſcendẽte hora natiuitatis: cõſidera vtrũ locus planetæ quẽ ęquaſti tali diſpoſitione ſtãte ſit propinquior gradui aſcẽdẽtis vel gradui decimę domus & cui eorum fuerit propinquior/ hunc angulũ facies ſimilẽ gradui planetę. hoc eſt: pone tot gradus ſigni exiſtẽtis in angulo quot gradus pertrãſiuit planeta de ſigno in quo eſt. Et vt euidẽtius pateat ſentẽtia literę. pono in hoc exẽplum. ¶ Pono quod in hora natiuitatis alicuius aſcẽdẽs fuit libra ſed neſcio quis gradus eius: & pono ♃ natiuitas fuit cõiũctionalis & cõiunctio pręcedens eã fuit in. 6. gradu aquarij: video ♃ Saturnus eſt fortior in illo gradu: ergo ęquabo Saturnum ad horam natiuitatis & ponatur ♃ inueniam eum in. 20. gradu virginis: video ♃ Saturnus in hoc caſu eſt propinquior aſcendenti q̃ medio cœli ſecundum aſcendens ęſtimatum: faciam ergo angulum aſcendẽtis ad ſimilitudinem gradus Saturni. hoc eſt ponam vigeſimum gradum libræ in aſcendente & ſi fuiſſet propinquior medio cœli feciſſem angulum medij cœli vigeſimum gradum ſigni ibidem exiſtentis. Si autem natiuitas pręuẽtionalis fuerit: operaberis per gradum oppoſitionis ſicut nunc tibi dixi de gradu cõiunctionis ideſt conſiderabis planetam habentẽ plures fortitudines in gradu oppoſitionis. Sed dubium eſt de gradu pręuentionis cum in pręuentione ſiue oppoſitione ſol ſit in vno gradu & luna in oppoſito quem ergo gradum accipiemus pro gradũ pręuentionis vtrum gradum ſolis vel gradum lunæ Dicit auctor ſecundum intentionem Ptolemæi ♃ gradum illius luminaris accipere debemus quod fuerit ſuper terram. Sed adhuc reſtat dubium. Ponatur ♃ vnum luminare ſit in ortu/ reliquum in occaſu: & ſic neutrum erit ſuper terram nec ſub terra. Dicit auctor ♃ quidã ſapientes dixerunt ♃ debemus operari per gradum illius luminaris quod fuerit in oriente Deinde dicit auctor ♃ Ptolemæus dixit ſi plures planetæ conuenirent in domino loci coniunctionis vel præuentionis ſcilicet ♃ duo planetæ vel tres in loco illo haberent æquales fortitudines videlicet ♃ vnus haberet ibi tot fortitudines quot alter: tunc debemus accipere illum qui fuerit in ſuo haim. & ſi quilibet eorum fuerit in ſuo haim: tunc debemus accipere illum qui citius deberet

mutari ad melius esse ideſt illum qui citius intrabit ſignum in quo habet plures fortitudines q̄ in illo ſigno in quo eſt. Et ſi fuerint orientales a ſole: eligas eum qui fuerit ſoli propinquior: dummodo non ſit combuſtus. ¶ Iuxta iſtam partem notādum eſt ꝙ alter eſt modus inueſtigandi gradum aſcendentis natiuitatis: & ille modus accipitur a ſententia Ptolemæi in. 51. propoſitiõe centiloquij vbi dicit. Locus lunæ in natiuitate eſt ipſe gradus/ aſcendens de circulo in hora caſus ſpermatis in matricem: & locus lunę hora caſus ſpermatis eſt gradus aſcendēs hora natiuitatis. Eſt etiam intelligendum ad euidentiam dicendorum ꝙ more infantum in vteris matrum non ſunt æquales ſecundum ꝙ dicit Haly in commento propoſitionis iam allegatę. Morę autem ſunt diſtinctæ in. 3. ſcilicet in maiorem moram & in mediam & in minorem. Minor autē mora continet. 258. dies. Media mora continet. 273. Maior mora continet. 288 dies. Et differētia inter maiorem & minorē/ ſunt 30. dies. Iſtud eſt intelligendum de his quæ naſcuntur ſecundum curſum naturalem. De abortiuis autem & de his qui naſcuntur in ſeptimo menſe hæc regula non tenet. Quātitas autem morę infantis in vtero accipitur a loco lunæ in figura hora natiuitatis Si enī in hora natiuitatis luna fuerit in principio ſeptimæ domus ſuper terram ſcilicet ſupra horizontem occidentalem: tunc infans fuit in vtero matris per moram minorem/ ſcilicet per. 258. dies. Et ſi luna fuerit in hora natiuitatis in gradu aſcendente: tunc infans ſtetit in vtero per moram mediam ſcilicet per. 273. dies. Et ſi luna fuerit hora natiuitatis in gradu qui eſt ante gradum occidētis: tunc infans ſtetit in vtero per moram maiorem ſcilicet. 288. dies. ¶ Et nota ꝙ cum luna in natiuitate eſt in parte occidentali prope horizontem: ſi aſtronomus credit eam eſſe ſuper terram quādo eſt ſub terra vel econtra/ errabit in hora conceptionis per. 30. dies. Si vero luna fuerit ſuper terrā elongata ab occidēte ideſt inter oriēs & occidens mora in vtero eſt maior minori mora & minor media. Dico ꝙ eſt maior minori mora ſecundum quantitatem elongationis lunæ ab occidente. Et ſi luna fuerit ſub terra elongata ab aſcendente mora in vtero eſt maior media & minor maiori & eſt maior media ſecundum quantitatem elongationis ab aſcendente. Cum ſecundum hanc viam volueris gradum aſcendētis natiuitatis alicuius inueſtigare: conſtitue aſcendens ad horam natiuitatis ſecundum ęſtimationem propinquiorem quantum poteris veritati & ęqua lunam ad illam horam: & vide in quo loco ceciderit in figura: ꝙ ſi ceciderit in principio ſeptimæ domus ſubtrahe ab hora natiuitatis. 258. dies. Et remanebit hora conceptionis. Si vero ceciderit inter ſeptimam domum & aſcendens ſcilicet ſuper terram: vi

de per quot gradus ſit elongata a gradu occidẽtis: & pro quibuſli bet .12. gradibus accipe vnum diem/ & pro quolibet gradu qui fue rit vltra .12. accipe duas horas: quos dies & horas adde ſuper mo ram minorem ideſt ſuper .258. dies. Et totum ſubtrahe ab hora na tiuitatis & remanebit tempus conceptionis. Si vero ceciderit in aſcendente: ſubtrahe ab hora natiuitatis .273. dies/ & remanebit tempus conceptiõis. Si vero ceciderit inter aſcendens & ſeptimã ſcilicet ſub terra: conſidera quantum ſit elongata a gradu aſcendẽ te & pro quibuſlibet .12. gradibus accipe vnum diem & pro quo libet gradu reſiduo duas horas & numerũ dierum & horarũ pro uenientem adde ſuper moram mediam & totum ſubtrahe ab hora natiuitatis. Si vero luna ceciderit in fine ſextę domus: ſubtrahe ab hora natiuitatis moram maiorem/ & remanet hora conceptionis. Hora igitur conceptionis nota: æqua lunam ad illam horã & gra dus in quo inuenta fuerit fuit aſcendens in hora natiuitatis. Licet hæc via ſit vera ſecundum intentionem fere omnium ſapientum. Videtur tamen mihi & certus ſum q̃ non ſufficit ad iuueſtigan dum gradum in caſu vbi non habeo gradum aſcendentem niſi per ęſtimationem. Supponit enim q̃ ſciam elongationem lunæ a gra du occidentis vel ab aſcendente: & ſi ignorem gradum aſcendentẽ & per conſequens gradũ occidẽtis/ quomodo potero ſcire diſtãtiã lunæ ab aliquo illorũ neſcio. Poſito enim q̃ ęſtimatio mea defi ciat per .12. gradus diſtantia lunæ ab occidente vel ab aſcendente etiam deficiet per .12. gradus & pro illis deberet accipi vna dies: & ſic deficiet hora conceptionis in vna die: & defectus vltimus ſcili cet in gradu aſcendentis erit quantum luna mouetur vna die.

ET EX HOC HYLECH. In hoc capitulo auctor docet eligere hylech .i. ſignificatorẽ vitæ in natiui tatibus. Sententia literæ eſt iſta. In eligendo ſignifi catorẽ vitæ debemus incipere a ſole ſi natiuitas fue rit in die & ſi inuenerimus ipſum ante gradum aſcẽ dentem per .5. gradus vel infra ideſt ſi inuenerimus ipſum ſolem in .5. gradibus qui aſcenderunt ſuper horizontem/ ſci licet in fine .12. domus aut ſi inuenerimus ipſum in .10. domo vel 11. domo: accipiemus ſolem pro hylech ſiue fuerit in ſignis maſcu linis ſiue in ſignis fœmininis. Si vero non fuerit in his ſignis de bemus inſpicere ſi fuerit in .7. vel .8. vel .9. domo in ſignis maſcu linis adhuc accipiciem⁹ ipſum pro hylech. ¶ Si vero his tribus lo cis iam dictis ſcilicet in .7. domo vel .8. vel .9. eſſet in ſignis fœmi ninis non eſſet aptus ad hoc q̃ eſſet hylech. Si igitur ſol non fue rit aptus hylech aſpiciemus ad lunam ſi eam inuenerimus in aſcẽ dente vel in .2. vel in .3. domo aut in .7. vel .8. domo: ipſa erit hy-

lech: siue fuerit in signo masculino siue fœminino. Si vero non fuerit in his locis: aspiciemus si inuenerimus eã ante gradũ signi ascẽdentis per. 5. gradus vel infra: aut in. 10. domo aut. 4. aut in. 5. in signo fœminino/ adhuc ipsa erit hylech. Si autẽ in his locis esset in signis masculinis: non esset apta hylech. Si vero natiuitas fuerit in nocte debemus incipere primo a luna. Si inuenerimus eã ante gradum occidentem per. 5. gradus vel infra ideſt in illis 5. gradibus qui sunt sub terra ex parte occidentis aut in aliquo aliorum locorum prędictorum secũdum modum dictum: ipsa erit hylech Et si ipsa non fuerit apta: aspiciemus ad solem qui si fuerit ante gradũ septimæ domus per. 5. gradus vel infra scilicet sub terra aut fuerit in. 4. vel. 5. domo erit aptus hylech. siue signa sint masculina siue fœminina Et si fuerit in ascendente vel in. 2. domo in signo masculino erit aptus hylech in fœminino vero non. Si vero luminaria non fuerint apta vt sint hylech: aspiciemus vtrũ cõiunctio præcessit natiuitatem vel oppositio: ꝙ si præcessit coniunctio aspiciemus gradum coniunctionis scilicet illum gradum in quo luminaria fuerunt coniuncta ante natiuitatem: & si inuenerimus ipsum gradum in aliquo quatuor angulorum vel in aliquo succedẽtium accipiemus ipsum pro hylech. Et si non inuenerimus ipsum in aliquo angulorum neq; succedentium: debemus aspicere ad gradum partis fortunę. qui si fuerit in aliquo angulorum vel succedẽtium: debemus ipsum accipere pro hylech. Si vero non fuerit in aliquo horum locorum debemus vltimo accipere gradum ascendentẽ natiuitatis. Si autem oppositio præcessit natiuitatem debemus aspicere ad gradum oppositionis sicut dictum est de gradu coniunctionis & postea ad partem fortunę & vltimo ad gradum ascẽdentem natiuitatis: nec oportet in gradu coniunctionis vel præuentionis vel partis fortunæ aspicere vtrum signa sint masculina vel fœminina. Et sic patet ꝙ sol potest esse hylech in die & nocte super terram & sub terra in. 11. locis. Potest enim esse super terram hylech in sex locis & sub terra in. 5. Et luna similiter potest esse hylech in. 11. locis. Potest enim sub terra esse hylech in sex locis & super terram in. 5. Si autem luna in aliquo prædictorum locorum fuerit combusta sub radijs solis non erit apta hylech. Et cum fuerint domus æquatæ secundum doctrinam traditam in canonibus astrolabij & tabularum primi mobilis: omnis planeta qui fuerit ante ascendens vel ante principium alicuius alterius domus per quinq; gradus vel infra / erit fortitudo eius valida in domo quæ succedit. Et omnis locus ex locis prædictis non potest esse hylech/ nisi aspiciat eum aliquis planeta habẽs dignitatem in loco illo scilicet ꝙ sit dominus domus vel dominus exaltationis aut triplicitatis

aut termini aut faciei. Tota sententia literę post reduci ad pauca verba. Quinq; sunt loca a quibus recipitur hylech ideſt ſignificator vitę/quæ ſunt hæc:ſol/luna/gradus coniunctionis vel præuentionis:pars fortunæ gradus aſcendens natiuitatis. Si natiuitas fuerit in die:incipiendum eſt a ſole. Et ſi non fuerit in locis aptis ſecūdum q̄ prędictū eſt:recipienda eſt luna. Et ſi non fuerit apta:recipiendus eſt gradus coniunctionis vel prœuentionis. qui ſi non fuerit aptus:recipienda eſt pars fortunę. Et ſi non fuerit apta:recipiēdus eſt gradus aſcendentis natiuitatis. Dicit Ptolemęus q̄ hylech nunq̄ debeat accipi ab aliquo loco exiſtente ſub terra. Dicit enim & conuenit vt nō operemur in re tā nobili ſicut iſta per id totum quod eſt ſub terra ſed ſemper per id quod aſcēdit & apparet ſuper terram. Nec conuenit nos operari per ſignum quod aſcendens nō aſpicit nec per ſignum quod aſcendit ante aſcendēs quod dicitur domus laboris. i. domus. 12. quia eſt cadēs ab angulo & plus etiā: quoniā fumoſitates quę eleuātur ab humoribus terrę turbāt virtutem eius quæ venit ab ea ad terram cum ſpiſſitudine ac lugubritate ſua: & dānant eam propter quod apparent colores & magnitudines ſtellarum exiſtentium in hac domo alterius maneriei q̄ ſint per naturam eorum. Haly Abenragel dicit ſapientes in hoc ſunt plurimum diſcordati: tamen id in quo maior pars eorum concordat eſt q̄ incipiunt primitus in natiuitatibus diurnis a ſole: & incipiunt ſi eſt in aliquo angulorum vel ſuccedenti & in ſigno maſculino & in quarta maſculina/& aſpexerit aliquam dignitatum ſuarum: erit ipſe hylech. & ſi ita non fuerit nec aſpexerit aliquam dignitatum ſuarum: non erit ipſe aptus pro hylech. & perquires tūc hylech a luna. & ſi eam inueneris in angulo vel in ſuccedenti & in ſigno fœminino & in quarta fœminina & aſpexerit aliquā dignitatum ſuarum: accipe eam pro hylech/alioquin nō erit apta: tunc aſpice natiuitatem ſi fuerit coniunctionalis accipe hylech a gradu aſcendente. & ſi dominus aliquis habens ibi aliquam dignitatem aſpexerit gradum illum: accipies eum pro hylech. Et ſi aſcendens non fuerit aptum: perquiras hylech a parte fortunæ. Et ſi pars fortunæ non fuerit apta/perquiras hylech a loco coniunctionis vel oppoſitionis præcedentis natiuitatem. Et ſi non ſi non fuerint apti: natiuitas non habebit hylech. Et oportebit te neceſſario reuerti ad dirigendum per athazir loca hylech ad loca fortunarum & ad radices earum & ibi inuenies locum finis. Et ſi natiuitas fuerit nocturna perquiras primitus hylech a luna ſicut incœpiſti perquirere de die a ſole. Et ſi eam inueneris in angulo vel in ſuccedenti in ſigno fœminino & in quarta fœminina & aſpexerit aliquam dignitatum ſuarum: ipſa erit hylech. Alioquin perquiras

hylech a ſole & ſi eum inueneris in augulo vel in ſuccedenti in ſi gno maſculino: & in quarta maſculina & aſpexerit eum habens di gnitatem ibidem: accipias eū pro hylech alioquin non erit aptus. Et tunc ſi natiuitas fuerit prȩuentionalis perquiras hylech a par te fortunæ ſicut perquiſiuiſti a luna & ſole. Et ſi pars fortunæ non fuerit apta perquiras hylech a gradu aſcendente. Et ſi aliquis eo rum non fuerit aptus pro hylech perquiras hylech a gradu coniū ctionis vel prȩuentionis prȩcedentis natiuitatem. Et ſi fuerit in angulo vel in ſuccedenti: & fuerit aſpectus ab aliquo habente ibi aliquam ex quinq; dignitatibus: accipe eum pro hylech. Et quan do ſol fuerit hylech & non habuerit alcochoden: perquiras hylech a gradu lunæ. & ſi ille. i. gradus lunæ fuerit hylech & non habue rit alcochodē perquiras hylech a gradu aſcendēte ſi natiuitas fue rit coniunctionalis: & ſi gradus ille fuerit hylech & non habuerit alcochoden perquiras hylech a parte fortunæ. Tamen ſi natiuitas fuerit prȩuentionalis incipe primitus a parte fortunæ: & ſi fuerit hylech & non habuerit alcochoden aliquis horum/perquiras hy lech a gradu coniunctionis vel oppoſitionis antecedentis natiui tatem: & ſi nullus eorum habuerit alcochoden quoniam natus nō habuit hylech nec alchochoden: eſt ſignificatio vitæ ac durabili tatis modicę. Et ſcias q; in hylech qui perquiritur ab aſcendente & a parte fortunæ & a gradu coniunctionis vel prȩuentionis non aſpicitur maſculinitas nec fœminitas ſignorum neq; quartarum. Et dicit maior pars ſapiētum q; luna in tertia domo apta eſt vt ſit hylech quia gaudet in ea: & dicūt ſimiliter q; ſoli in nona domo cō uenit eſſe hylech quia gaudet ibidem.

ET EX HOC ALCOCHODEN. In hoc capitulo docet auctor eligere alcochoden qui eſt dator annorū vitæ. Sententia literæ eſt talis. cum volueris ſcire quis planetarum eſt dator annorum vitæ: debemus aſpicere quis planetarum habeat plures dignitates ſiue fortitudines in lo co hylech. Verbi gratia. ſi ſol fuerit hylech: debemus reſpicere pla netam fortiorem in loco ſolis. Et ſi luna fuerit hylech debemus re ſpicere fortiorem in loco lunæ. & ſic de alijs locis intelligendum eſt. Et ſi talis planeta aſpexerit locum hylech a quocunq; aſpectu: debemus ipſum accipere pro alcochoden. Si vero non aſpexerit debemus reſpicere alium poſt illum. ſ. planetam qui habet in loco hylech aliquas fortitudines: ſed non tot ſicut primus dominus gra dus. Verbi gratia. ſi vnus habeat in loco hylech ſex fortitudines & alius habeat ibi. 5. vel. 4. fortitudines: ſi primus non aſpexerit lo cum hylech non poterit eſſe alcochoden. tūc ſi ſecundus aſpexerit locum hylech debemus ipſum accipere pro alcochoden: & ſi ille

etiam non aſpexerit debemus aſpicere iterum ad alium habentem pauciores dignitates:& ſic debemus procedere donec inueniamus aliquem aſpicientem locum hylech/qui habeat aliquam dignitatē in loco hylech:& ſi nullam planetam inuenerimus aſpicientem lo cum hylech qui habeat ibi dignitatem vel dignitates:ille locus nō potuit eſſe hylech : ideo in hoc caſu oportet quęrere aliud hylech ſecundum modum prius dictum. Verbi gratia . ſi natiuitas fuerit diurna & ſol fuerit in loco apto ad hoc ♀ ſit hylech:tamen nullus habet dignitatem in loco ſolis aſpiciens ipſum/ſol non poterit eſſe hylech:quia non habet alcochoden:ideo oportet tunc perquirere hylech a luna.& ſi ipſa fuerit in loco apto hylech & nullus habens in loco eius dignitatem ſit aſpiciens eū:oportet perquirere hylech a parte fortunę a gradu coniunctionis vel pręuentionis vel gradu aſcendente ſecūdum ordinem prędictum. Et videbatur quibuſdā eſſe incipiendum a domino domus ita videlicet ♀ ſi dominus do mus loci hylech aſpexerit hylech accipiebant eum pro alcochodē & non aſpexerunt aliquem alium. Si autem dominus domus non aſpexerit/aſpiciebant ad dominum exaltatiōis:qui ſi aſpexerit po nebant illum alcochoden. Et ſi ille non aſpexerit/aſpiciebant domi num triplicitatis. deinde ad dominū termini : deinde & vltimo ad dominum faciei. Dorothius aſpexit primo dominum termini & prępoſuit eum domino domus:ſed hoc non videtur veritati conſo num. Et quidam dixerunt ſi duo vel tres vel plures planetæ con ueniant dignitatibus:ita ♀ habeant æquales fortitudines eſſentia les in loco hylech & omnes aſpexerint illum locum :accipiendus eſt ille qui propinquius aſpicit:& ſi in hoc etiam conueniant quod raro contingit/accipiendus eſt ille qui fuerit in eſſe laudabili a ſo le:ita ♀ ſit coniunctus cum ſole in vno gradu & non ſit elongatus ab ipſo per 16. minuta. Vel accipiendus eſt ille qui fuerit propin quior angulo aut ille qui fuerit in initio ortus matutini. ſ. qui inci pit apparere in mane ante ortum ſolis:aut ille qui fuerit in ſtatio ne ſua ſecūda & iens ad directionem:aut qui fuerit in alio eſſe lau dabili a ſole ſcilicet ♀ ſit orientalis ſi fuerit aliquis trium ſuperio rum aut occidentalis ſi fuerit aliquis trium inferiorum. Si vero cō tingat ♀ ſol fuerit hylech & fuerit in leone vel in ariete ſcilicet in domo vel exaltatione ſua erit ipſe hylech & alcochoden. Et ſi luna fuerit hylech & fuerit in cācro vel in tauro erit ipſa hylech & al cochoden & non oportet conſiderare aliquem alium. Ptolemæus dicit ♀ ille eſt alcochoden qui habet plures fortitudines in loco hylech ſiue aſpiciat ſiue non aſpiciat ipſum locum. ſed nullus ſa pientum concordat cum eo:ideo tutius videtur mihi tenere viam ſapientum. De annis vero quos dat alcochoden licet auctor nihil

dicat: volo tamen secundū sententiā Haly Abēragel pauca & veriti magis cōsona narrare Dicit Haly Abenragel · maior pars sapiētum huius scientiæ dicunt ♀ quando alcochoden fuerit in angulis/ dat annos suos maiores: & quando in succedentibus/ dat annos suos medios. & quando in cadentibus/ dat annos suos minores. nec dat melioramentū alicui succedētium super aliū/ & est error · Dicit Haly Abenragel · scias ♀ de secretis coopertis & signalibus celatis huius scientię est: quando alcochoden fuerit in gradu decimæ domus dat annos suos maiores. Et quando fuerit in gradu vndecimæ domus dat annos suos medios. Et quando remouetur ab vno istorum duorum locorum & vadit ad alium : aspice quot gradus sunt ab vno ad alium/ & diuide per eos annos qui sunt inter annos maiores & annos medios. Verbi gratia. pono ♀ gradus. 10. dom⁹ sit tertius grad⁹ piscīū: & pono ♀ Venus sit alcochodē & sit in · 13 · gradu piscium: est ergo elongata a puncto · 10. domus per. 10. gradus & pono ♀ a principio · 10. domus vsq; ad principium⁹ 11. sunt 30. gradus · Scio ♀ si esset in principio. 10 · domus daret ānos maiores qui sunt. 82. Et si esset in principio. 11. domus daret annos suos medios qui sunt. 45. nunc autem in neutro horum duorum punctorū, est · subtraham ergo. 45. annos s. medios ab annis maioribus · s. 82. & remanent. 37. anni quos multiplicabo per distantiā veneris a principio decimæ domus & prouenient. 370. & diuidā per. 30 · s. per longitudinem inter decimam domum & vndecimam & exibunt 12. anni & remanent post diuisionem. 10. quę multiplicabo per. 12 · & diuidam per. 30. & exibunt quatuor menses. subtraham ergo. 12 annos & quatuor mēses ab annis maioribus Veneris: & remanebunt. 69. anni & 8. mēses: & erunt anni quos dat Venus in tali casu. Istud exemplum poteris applicare ad alios angulos & domos. Dicit Haly Abenragel quando alcochoden fuerit combustus & ipse iens ad solem ita ♀ non appareat: perdit totum datum suum. quia quando est in hoc statu nō dat nisi dies vel horas vel res quæ nomen non habent. & terminus cōbustionis est iste. Postq̄ Saturnus fuerit occidentalis a sole & sol fuerit ad eum & fuerit inter eos. 15. gradus donec remanserit & orientalis fuerit/ & fuerint inter eos decem gradus completi · Et Iupiter illud idē. Mars tamen postq̄ inter eum & solē in occidente fuerint. 15. gradus quousq; sit orientalis & inter eos sint nouem gradus: Mercurius tamen facit facta sua & dat dona sua completa q̄diu fuerit directus: dummodo non sit appropinquatus soli ad minus de septē gradibus & a septem gradibus vsq; . 5. dat non tamen complete. Sed a principio septem graduum donec trāseat solem per quinq; gradus perdit suum datum totum · & a quinq; gradibus vsq; ad cō

plementum ſeptem graduum dat modicum. verum poſtq̃ trãſiuit 7. gradus dat ſuum datum completum. & hoc idem facit Venus excepto ♀ quãdo apparet viſibiliter ad minus horum quinq; graduum dat tunc datum ſuum completum. Luna tamen quando applicat ſoli eũdo ad eum & fuerint inter eos. 15. gradus: debilitatur eius factum & dat modicam rem. ſ. dies vel quod huic aſſimilatur. Et quando applicuerit ſoli ad. 12. gradus perdit totum eius datũ donec tranſiuerit gradum ſolis per. 10. gradus & tunc dat modicum datum dies ſcilicet vel quod ei aſſimilatur quouſq; tranſiuerit ſolem per. 12. gradus & tũc dabit totum eius datum completũ. Caſus autem planetæ qui eſt contrarius exaltationi aufert mediũ dati. & terminus huius caſus & ita ſol cum fuerit in quinto gradu libræ quouſq; tranſeat. 25. gradus eiuſdem eſt in caſu ſuo. reſiduũ ſigni iudicabitur ſicut detrimentũ. Saturnus eſt in ſuo caſu a principio duodecim gradus arietis donec tranſeat. 26. gradus eiuſdẽ: & reſiduum ſigni pro detrimento iudicabitur. Iupiter eſt in ſuo caſu a quarto gradu capricorni vſq; ad complemẽtum. 20. graduũ: & reſiduum ſigni iudicabitur ſicut detrimentum. Mars eſt in ſuo caſu a principio. 19. gradus cancri vſq; ad finem ipſius cancri. & in principio ipſius ſigni iudicatur ſicut detrimentum. Et Venus eſt in ſuo caſu poſtq̃ tranſiuit terminum Iouis vſq; ad. 21. gradum virginis. Iſtud de Venere quod dicit non poteſt ſtare niſi intelligas ſecundum terminos Ptolemæi. ſecundum enim terminos illos 14. gradus virginis eſt finis termini Iouis. Secundũ vero terminos poſitos in Alcabitio nõ eſt ita. ibi enim terminus Iouis finitur in. 21. gradu virginis. Vel igitur litera Haly eſt corrupta: vel non poteſt dictũ ſuũ intelligi niſi ſecundũ terminos Ptolemęi. Et Mercurius eſt in ſuo caſu a principio. 8. gradus piſciũ vſq; ad complementũ. 19. graduũ ipſius: & in reſiduo eiuſdẽ ſigni iudicatur tanq̃ ſi eſſet in detrimẽto ſuo. Retrogradatio triũ ſuperiorum planetarum a principio ſuę retrogradationis vſq; ad oppoſitionẽ ſolis. i. vſq; ad mediũ retrogradatiõis: aufert medietatem dati & alia medietas remanet. & quando tranſiuerit oppoſitionem ſolis aſpice quot gradus & minuta ibit retrogradando ab oppoſitione ſolis & quot fuerint aſpice quã partem proportionalem habent ad omnes gradus quos habet retrogradari ab oppoſitione vſq; ad directionem & tantum addas medietati dati & dirigas gradus illos recte cũm ſuis minutis tali modo: ♀ quando planeta fuerit in principio directionis ſuæ dabit recte ſuum datum completum Pono in hoc exemplum: pono ♀ Mars fuerit alcochoden & fuerit datum ſuum totum. 60. anni ſecundum proportionem prius factam inter angulum & ſuccedentem: & ponatur ♀ ſit ipſe retrogradus

inter medium retrogradationis amisit ergo in medio retrogradationis suę & ante medium retrogradationis medietatem horū annorum & remanserunt .30. anni: & pono ♃ inerit vltra medium retrogradationis suę ideſt oppositionē solis retrogradando per duos gradus: & pono ♃ ab oppositione vsq; ad directionem debeat ire retrogradando per .10. gradus. multiplicabo igitur duos gradus per medietatem dati quod amisit scilicet per .30. annos & prouenient .60. quæ .60. diuidam per .10. & exibūt .6. anni quos annos addā medietati dati scilicet .30. annis: & prouenient .36. anni. hoc esset datum Martis in casu proposito. Tamē Venus & Mercurius postq̄ quilibet eorum incipit retrogradari perdit medietatem dati eius quod dat quando est directus. & postmodum aspice quot gradus & minuta sibi remanēt vsq; ad occultationem suā recte quātoplus poteris: quia Venus forte apparebit existendo inter eam & solem minus .5. gradibus. Et quando fuerit apparens dabit mediū datum nisi apparuit existendo inter eam & solem minus .5. gradibus quia tunc non prodest illi apparitio illa in hoc statu. Postmodum dirigas illos gradus & minuta postq̄ retrogradari incœpit quousq; occultauerit se subtiliter & recte: & diuidas per hoc mediū dati quod remansit in modo prędicto. quia quando occultatur totum perdit eius datum sicut prędiximus quia nihil remanet ei. Et potest exemplificari ad similitudinem exempli dati in retrogradatione trium superiorum. Dicit Haly ♃ Iupiter & Venus quando coniuncti fuerint corporaliter vel quando aspiciunt alcochodē de tertio vel sextili addunt numero annorum quos dedit alcochodē secundum numerum annorum suorum numerorum annos vel mēses vel dies vel horas iuxta virtutes vel debilitates eorum: & tamē ambę infortunę Saturnus & Mars quando iunguntur corporaliter cum alcochoden vel ipsum aspiciunt de oppositio vel quarto minuunt ei numerum annorum suorum minorū. Sed quando Mercurius fuerit cum fortunis addentibus alcochoden: addit ipse similiter numerum annorum suorum minorum: & quando fuerit cum infortunis minuentibus alcochoden: minuit etiam partem suam. & quando Mars & Saturnus aspexerint de tertio a signis breuiū ascēsionum aut de sextili longarum ascensionū minuūt. Et dico quod sol in quarta & oppositione minuit numerum annorum suorum minorum: & addit de .3. & sextili. Multi ex astrologis antiquis & modernis dicūt quod luna fortunata addit de tertio vel sextili. & omnes sapientes huius scientię confitentur quod quando natus nō habuerit hylech & habuerit aliquam duarum fortunarum in ascendente vel medio cœli: possibile est quod viuet secundum quantitatem annorum minorum illius fortunæ quæ vitam significauit/ nisi

gradus ascendens & luna fuerint infortunati/vel fuerit eadem fortuna domina domus mortis: quia tunc significat modicam durabilitatem & vitam.

ALMVTEM VERO QVI PREEST NATIuitati. Hic auctor docet eligere almutem. i. planetam dominatorem in figura a quo accipitur esse nati post hylech & alcochodē. Sentētia literæ est ista. planeta habens maius dominium siue plures fortitudines in .5. locis prędictis a quibus accipitur hylech: quæ sunt locus solis/locus lunæ/locus cōiunctiōis vel prętionis: pars fortunæ gradus ascendēs/ille planeta est almutē idest vincēs. Et si aliquis habuerit dignitates in secunda vel tertia vel pluribus locis ex locis prędictis: ille est almutem. Verbi gratia. pono ♀ vnus planeta sit dominus ascendentis & dominus termini eiusdem ascendentis & cum hoc dominus faciei eiusdem: talis planeta haberet in ascendente. 8. fortitudines: & pono ♀ alter planeta sit dominus exaltationis ascendentis & dominus domus loci solis & dominus triplicitatis partis fortitunæ: talis planeta esset dignior almutem quam primus: quia habet plures fortitudines in locis prędictis. Et vt abbreuietur sermo colligędę sunt fortitudines cuiuslibet in .5. locis prędictis: & ille eorū qui abundauerit in numero fortitudinum ille erit almutem.

ET EX HOC PROFECTIO IN ANNIS NAtiuitatum atq; mun. In hoc c. docet opus profectionis .i. mutationis annorum de vno signo ad aliud: & hoc dupliciter. Primo in annis natiuitatū. Secundo in annis magnarum coniunctionū. Opus in annis natiuitatū est facile. & est sententia literę talis. cū volueris scire ad quod signum applicat annus natiuitatis alicuius: vide quot anni perfecti transierint nato/& incipies a gradu ascendente natiuitatis: & dabis cuilibet anno vnum signum: & vbi finitus fuerit numerus ibi erit signum profectionis ab ascendente. Verbi gratia. ascendens alicuius natiuitatis fuit. 10. grad arietis in fine primi anni venit profectio ad 10. gradum tauri. In fine secundi anni ad. 10. gradum geminorū: & sic secundum hunc ordinem dando cuilibet anno signum vnū vsq; ad complementum. 12. annorum. tūc enim scilicet in fine. 12. annorum reuertitur ad locum radicis. Si autem multi anni trāsierint nato subtrahe a toto numero annorū perfectorum qui transierunt nato. 12. quotiens poteris/idest diuide per. 12. & numerū qui remanet infra. 12. proijce ab ascendente natiuitatis secundum modum prius dictū. Verbi gratia. ascendens cuiusdā natiuitatis fuit 13. gradus virginis: & transierunt nato. 32. anni solares completi

ſubtraham a .32. annis. 12. bis & remanent. 8. anni completi. dabo ergo primū annum virgini: ſecundum libræ: tertiū ſcorpiōi: quartū Sagittario: quintū capricorno: ſextū aquario: ſeptimū piſcibus: octauum arieti: veniet ergo profectio ad ſignū quod ſuccedit immediate ſ. ad taurum ad conſimilē gradū gradui radicis. ſ. ad. 13 eiuſdem. Sicut dixi de gradu aſcendente: ita faciendum eſt de gradu ſolis: & gradu lunæ: & gradu partis fortunæ. & vbi applicuerit annus: dominus illius ſigni eſt diſpoſitor illius anni. Et ab illo accipiuntur facta de quibus natus ſe intromittet illo anno/ & fortunia & infortunia quæ accident ſibi illo anno. Auctor ponit exempla in litera: ideo non eſt neceſſe multum inſiſtere exemplis. Deinde dicit auctor cū profectio anni peruenerit ad aliquē gradum alicuius ſigni & fuerit aliquis planeta vel radij alicuius planetę poſt ipſum gra. in eodē ſigno vel in eadem domo in figura: & volueris ſcire quādo peruenit profectio ad ipſum planetā vel radios eius: vide quot gradus & minuta ſint inter gra. ad quē peruenit annus & ipſum planetā vel radios eius: & multiplica illos per .12. & ſextā vnius. hoc eſt dicere. dabis cuilibet gradui .12. dies & ſextā partē vnius: & prouenient tibi dies qui ſunt a principio illius anni vſq; ad tēpus in quo profectio peruenit ad planetā vel eiꝰ radios. Ratio autē quare cuilibet gradui dātur .12. dies: & .6. vnius: eſt/ quia hoc modo in fine anni cōpletur vnū ſignū. Si enim multiplicaueris .30. grad per .12. & ſextā vnius/ prouenīēt .365. dies: qui ſunt dies vnius anni Dicit Ptolemęus in propoſitiōe .236. quartę partis quadripartiti ſui. Et ſciemus diſpoſitionē facti annorū accipiēdo numerū annorū natiuitatis: & proijciemus eos a quolibet locorum hylegiorū ſecūdū ordinationē ſignorū vnicuiq; ſigno annū: & accipiemus diſpoſitorem a ſigno in quo applicat numerus graduum. Idē Haly in cōmento dicit quod in hoc dicto vult narrare Ptolemęus quod quodlibet ſignum diſponit in anno vno: & ſic ibit ſigni reuolutio in quo eſt ſignificator quibuſlibet. 12. annis vna vice vſq; ad finem vitæ: & hoc ſciunt omnes aſtrologi.

PROFECTIO AVTEM EX ANNIS MVNdi. Hic docet opus profectionis in annis mundi. Sētentia literæ eſt talis. Cum volueris ſcire applicationem annorū alicuius ſectę/ vide quot tranſierint anni ſolares cōpleti a principio illius anni in quo fuit magna cōiunctio quæ ſignificauit illā ſectā: & diuide illū numerum annorū per .12 & numerū qui remāſerit infra .12. proijce ab aſcendēte illius anni in quo fuit cōiūctio & vbi applicuerit numerus ibi eſt ſignū profectiōis. Auctor ponit exemplū in litera de ſecta Sarracenorū ideſt Mahometi: & dicit q; inter annū cōiunctio-

nis quæ ſignificauit legẽ illã & annũ apparitiõis Mahometi. ſ. in quo incœpit prędicare: fuerũt. 61. anni. Alia litera habet. 52. ãni. Ego credo q̃ debẽt eſſe. 52. anni: &. 57. dies. alioquin non cõcordabit cũ illo quod dicit poſtea & aſcendẽs anni in quo fuit illa cõiunctio/ fuit ſignũ geminorũ. & prouenit ille annus in quo incœpit prędicare ad ſignũ virginis. ſ. ad ſignũ illius planetæ qui fuit dominus ſigni aſcendẽtis anni cõiunctionis. Si enim ſubtrahãtur a. 51. 12. quoties poterit: remanẽt. 3. detur ergo ſigno geminorum primus. ſecũdus cancro. tertius leoni. & ſic annus incõpletus qui fuit poſitus in numero peruenit ad ſignum virginis. Nõ eſt nobis magna cura quot anni fuerunt ab anno illius cõiũctionis vſq̃ ad primũ annũ arabũ. Sufficiat enĩ nobis ſcire q̃ annꝰ ille in quo incœperãt anni arabũ peruenit ad virginẽ: quia ãni arabũ ſunt nobis noti ex tabulis extractiõis earũ: & poterimus incipere a virgine ſecũdũ q̃ dicit auctor in litera. Et quia tẽpore autoris ipſi operabãtur in partibꝰ ſuis per ãnos Perſarũ: ideo applicat dictũ ſuũ ad annos Perſarũ. & dicit: cũ volueris habere notitiã huius rei. i. ſcire ad quod ſignũ applicat annus ex anno cõiunctionis quæ ſignificauit ſectã Sarracenorũ: vide quot anni Perſarũ trãſierũt & verte illos in dies per tabulã extractiõis earum deſeruientẽ annis Perſarũ: aut quod multiplicẽtur anni per. 365. tot enim dies cõtinet annꝰ Perſicus: qui anni Perſici nõ habẽt quartã diei. & numero dierũ qui prouenerit tibi/ adde. 3624. dies: tot enim dies fuerũt a principio annorũ Arabum vſq̃ ad principiũ annorum Perſarũ. & quod collectũ fuerit diuide per. 365. & quartã vnius: & prouenĩẽt anni ſolares: ſiquid reſiduũ fuerit/ erũt dies anni imperfecti. Et potes etiã numerũ dierũ reducere ad annos ſolares per tabulas extractiõis earũ deſeruientẽ annis ſolaribus. Tota intẽtio autoris ſtat in hoc quod ſciamus quot anni ſolares perfecti tranſierunt ab initio annorũ arabũ vſq̃ ad tempus cõſideratiõis. & damus cuilibet anno vnũ ſignũ ſecundũ modũ prius dictum: & incipiemus a virgine. & ego ponã exemplũ applicãdo ad cõputationes noſtras ſecundũ annos domini noſtri Ieſu Chriſti. Cum volueris ſcire ad quod ſignũ applicat annus cõiunctionis quę ſignificauit legẽ Sarracenorũ: ſubtrahe ab annis Chriſti. 621. ãnos & 6. mẽſes & 14. dies: tot enim anni fuerũt a principio ãnorũ Chriſti vſq̃ ad principiũ annorũ arabũ & numerũ annorũ perfectorũ: qui remanſerit diuide per. 12. & illud quod remanet proijce a virgine dãdo cuilibet anno ſignũ vnũ/ ſecũdũ modũ prius dictũ & remanet annus imperfectus ſequẽs annos perfectos quos diuiſiſti manet in virgine. Verbi gratia. anni Chriſti ſunt modo. 1330. completi &. 22. dies ab illis ſubtraham. 621. annos. 6. menſes. 14. dies remanent

708. anni ſolares perfecti. 6. mēſes. &. 8. dies. Illius ſunt anni qui tranſierūt a principio annorū arabū vſq; modo. quos annos perfectos diuidam per. 12. & totus numerus ſurgit ita q̄ non remanet aliquis annus perfectus. Dico ergo q̄ profectio anni coniunctionis magnę quę ſignificauit ſectam Sarracenorū modo eſt in virgine ſecundum ſententiam autoris. Sicut exemplificatum eſt de ſecta Sarracenorum ita poteſt fieri in alijs ſectis ſi debeāt dici ſectę ſi ſciatur coniunctio ſignificans illam ſectam & aſcendens anni coniun. Sed de hac materia non expedit multū loqui. eſt enim res quæ non concordat cum fide noſtra: ſed ſi quis delectatur in his & voluerit reducere mutationes quæ fiunt in legibus ad motus ſuperiorum corporum: legat libros de magnis cōiunctionibus & ibi inueniet. Deinde dicit ſi volueris profectionem a ſigno cōiunctionis quæ ſignificauit prędictam ſectam proijce annos prędictos a ſcorpione: quia coniunctio illa ſecundum eum fuit in ſcorpione. Si vero volueris profectionem ab aſcendente regni: vide quot anni ſolares tranſierunt a principio illius regni. Ipſe exemplificat de vno regno: ſed neſcio de quo regno loquitur/ & nō curo quia ſine exēplo ſuo poteſt intelligi litera. Sicut autē dicitur de aſcēdēte regni ita debet intelligi de aſcendente fundationis alicuius ciuitatis vel caſtri vel etiam cuiuſcūq; ędificij: ita q̄ accipiantur anni ſolares perfecti qui tranſierunt a principio fundationis illius & proijciantur ab aſcendente principij fundationis ſecundū modum antedictum. Deinde dicit ſi volueris profectionē ab aſcendente mutationis cōiunctiōis Iouis & Saturni de triplicitate aquatica ad triplicitatem igneā ſubtrahe ab annis Perſarū. 176. annos perſicos: & conuerte illos qui remanent in annos ſolares & proijce a leone. Vult dicere quod cōiunctio Iouis & Saturni in principio annorū perſarū fuit in triplicitate ęquatica & poſt principiū annorū perſarum per quos ipſi cōputabant per. 176. annos mutauit ſe coniūctio ad triplicitatē igneā: ideo iubet ſubtrahere ab annis perſarū 176. annos & remanēt anni qui trāſierūt ab anno mutatiōis cōiūctionis ad triplicitatē igneā & iubet eos annos qui remanēt vertere in annos ſolares/ quia perſici nō habēt biſextū: & anni ſolares habēt: profectio autem fit ſecundum annos ſolares. & iubet proijcere a leone: quia ſecundum ipſum leo fuit aſcendens in anno mutationis coniunctionis ad triplicitatem igneam. ex quo videtur quod auctor iſte fuit & compoſuit hunc librum in tempore quo coniunctio fuit in triplicitate ignea. nunc autem hæc coniunctio eſt in triplicitate aerea: ideo ponam exemplum de triplicitate in qua nos ſumus. Cum volueris ſcire profectionem ab anno mutationis coniunctionis Iouis & Saturni ad triplicita-

tem aeream ſubtrahe ab annis Chriſti.1324. annos & 71.dies & 20.horas.tantum enim tempus tranſiuit a principio annorũ Chriſti vſq; ad principiũ annorum mutationis cõiũctionis ad triplicitatem in qua nos ſumus: & reſiduum proijce a.13.gradu tauri.ille enim fuit aſcendẽs anni ſupradicti:& vbi perduxerit te numerus/ ibi erit profectio ãni.Verbi gratia.ãni Chriſti ſunt numero.1330. completi/ &.22.dies.ab illis ſubtraham.1324.annos &.71.dies. & remanent.5. anni perfecti &.316 dies anni imperfecti: dabo primum annum tauro incipiẽdo a.13.gradu eius ſecũdum ſigno geminorum incipiẽdo a.13.gra.eius tertium cancro. quartũ leoni incipiendo a.13.gradu eius.quintum virgini incipiẽdo a.13 gradu eius.venit ergo profectio.6.anni mundũ perfecti ad libram ad.13.gradum.Et ſi voluerís gradũ in quo eſt profectio diei vltimi ex diebus qui tranſierunt de anno imperfecto multiplica numerum dierumanni perfecti per.30.& productũ diuide per.365. & numerus quotiens erit gradus.Si autem aliquid remãſerit poſt diuiſionem multiplica illud per.60. & diuide per idẽ quod prius: & numerus quotiens erit minuta.verbi gratia.in propoſito exemplo remanſerunt de anno imperfecto.316. dies quos multiplicabo per.30. & prouenient. 9480. quem numerum diuidam per 365.& exibunt.25.gradus & remanẽt poſt diuiſionem.355.quæ multiplicabo per.60.& prouenient.21300.& diuidam per.365. & exibunt.58.minuta.addã ergo ſuper.13 gradum libręe.25.gradus &.58.minuta & prouenier numerus vſq; ad.8.gradus &.58. minuta ſcorpionis.ibi ergo nunc eſt profectioab aſcendente anni mutationis coniunctionis ad triplicitatem aeream.

ET EX HOC DIRECTIO. In hoc capitulo auctor docet dirigere ſignificatorẽ quẽlibet ad quẽlibet locum circuli.Intelligẽdum eſt primo quod directio ſiue dirigere ſignificatorem ad quẽlibet locũ circuli/ nihil aliud eſt quã inuenire gradus æquinoctialis qui reuoluũtur a loco ſignificatoris vſq; ad locum ad quem debet dirigi.Si locus ſignificatoris fuerit in medio cœli vel in angulo terræ:tunc dirigere eſt inuenire gradus æquinoctialis qui reuoluuntur a loco ſignificatoris vſq; ad locum ad quẽ debet dirigi in horizonte recto.Si autem fuerit in aſcendente vel in occidẽte:tunc eſt inuenire illos gradus in horizonte obliquo.Si autẽ nõ fuerit in aliquo horum locorum:tũc accipiuntur aſcenſiones mixtim ſcilicet miſcendo aſcenſiones circuli directi cum aſcenſionibus regionis:proportionaliter tamen ſecundum diſtantiam loci ſignificatoris ab angulis.& gradus directionis quandoq; ſignificãt annos quãdoq; dies quãdoq; alia tempora.In natiuitatibus quili-

bet gradus significat annum. In reuolutionibus annorum mundi & natiuitatum quilibet gradus significat diem. Et quidam volũt quod in reuolutionibus annorum. 59. minuta &. 8. secunda scilicet motus solis in vno die significant vnum diem. In cõiunctionibus solis & lunæ & in oppositionibus secundum quosdam quilibet. 13. gradus. 10. minuta scilicet quantum luna mouetur in die per medium cursum significant diem. Cum ergo volueris significatorem aliquem dirigere ad quẽcunq; locum circuli: si significator ille fuerit in gradu medij cœli vel in angulo terrę: subtrahe ascensiones circuli directi gradus significatoris ab ascensionibus circuli directi loci ad quem vis dirigere: & remanent gradus directionis. Si vero significator fuerit in ascendẽte aut occidente: subtrahe ascensiones circuli obliqui gradus significatoris ab ascensionibus circuli obliqui ad quem vis eum dirigere: & remanẽt gradus directionis. Exemplum quãdo est in medio cœli. Pono quod luna sit in medio cœli in. 5. gradu aquarij/ & pono q; radij oppositi Saturni sint in. 6. gradu piscium Ponam quod velim dirigere lunã ad radios oppositos Saturni. Quęsiui igitur ascẽsiões gradus lunę in circulo directo & inueni. 37. gra. 23. mi. Quęsiui etiã ascẽsiones sexti gradus piscũ vbi sunt radij oppositi Saturni in eodẽ circulo directo/ & inueni. 67. gradus. 48. minu Deinde subtraxi ascensiones lunæ ab ascensionibus radiorum Saturni/ & remanserunt. 30. gradus 25. minuta. illi essent gradus directionis in hoc casu. Exemplum quando est in ascendente Pono quod luna sit in eodem. 5. gradu aquarij/ & radij Saturni in. 6. piscium. Quæsiui ascensiones gradus lunæ in circulo obliquo in regione cuius latitudo est. 48. graduum. & inueni. 320. gradus. 22. minuta. Quęsiui etiam ascensiones sexti gradus piscium & inueni. 348. gradus 31. minuta. subtraxi ascensiones lunæ ab ascensionibus gradus radiorum Saturni & remanserunt. 18. gradus. 9. minuta. illi essent gradus directiõis in hoc casu. hoc eodem modo dirigitur gradus ascendens ad quemlibet locum circuli. Si vero significator dirigẽdus fuerit extra hæc loca: tunc si fuerit inter medium cœli & ascẽdens/ vide distantiam eius a medio cœli subtrahendo ascensiones gradus medij circuli in circulo directo ab ascensionibus gradus significatoris: quam distantiam serua. Deinde scias medietatẽ arcus diurni gradus significatoris p modũ dictũ ī capitulo de radiationibus & serua eam. Deinde subtrahe ascensiones circuli directi gradus significatoris ab ascensionibus circuli directi loci ad quem vis eũ dirigere: & quod remãserit erit significator circuli directi serua eum. Deinde subtrahe ascensiones gradus significatoris in circulo obliquo ab ascensionibus loci ad quem vis eum dirigere in eodẽ circulo obliquo: & quod remãserit est significator re-

gionis. Deinde ſubtrahe ſignificatorem & minorem de maiori/ & differentiã multiplica per diſtãtiam ab angulo medij cœli/ & productum diuide per medietatẽ arcus diurni: & proueniet pars proportionalis quã adde ſuper ſignificatorẽ circuli directi ſi fuerit minor ſignificatore regiõis: vel ſubtrahe ſi fuerit maior & quod prouenerit erit gradus directionis. Si autẽ velles dirigere contra ſucceſſionem ſignorum ſicut diriguntur partes & planetæ retrogradi ſcilicet procedendo ab aſcendente verſus mediũ cœli: tunc debes accipere diſtãtiã ſignificatoris ab aſcẽdẽte per aſcẽſiões regiõis & debes addere partem proportionalẽ differentię duorum ſignificatorum ſuper ſignificatorem regionis: ſi ille erit minor ſignificatore circuli directi aut ſubtrahere ab eo ſi eſſet maior. in alio nõ differt opus. Si autem ſignificator dirigendus fuerit inter aſcendens & angulum terræ: vide diſtantiam gradus ſignificatoris ab aſcendente ſubtrahendo aſcenſiones gradus aſcendentis regiõis ab aſcẽſionibus gradus ſignificatoris regionis & ſerua diſtantiam. Deinde ſcias medietatem arcus nocturni gradus ſignificatoris per modum dictum in opere radiationum quam etiã ſerua. Deinde ſubtrahe aſcenſiones gradus ſignificatoris in circulo obliquo ab aſcẽſionibus loci ad quem vis eum dirigere in eodem circulo obliquo: & quod remanſerit eſt ſignificator regionis quem ſerua. Deinde ſubtrahe aſcenſiones gradus ſignificatoris circuli directi ab aſcenſiõibus circuli directi loci ad quem vis eũ dirigere: & quod remãſerit erit ſignificator circuli directi. deinde ſubtrahe minorem de maiori & remanebit differentia duorum ſignificatorum: quã multiplica per diſtantiam gradus ſignificatoris ab aſcendente & productum diuide per medietatem arcus nocturni gradus ſignificatoris & proueniet pars proportionalis: quã adde ſignificatori regionis ſi fuerit minor ſignificatore circuli directi: vel ſubtrahe a ſignificatore regiõis ſi fuerit maior ſignificatore circuli directi: & quod poſt additionẽ vel ſubtractionẽ prouenerit/ ſunt gradꝰ directiõis. Si vero volueris dirigere contra ſucceſſionẽ ſignorũ ſcilicet procedendo ab angulo terræ verſus aſcendens: tunc debes accipere diſtantiam ſignificatoris ab angulo terræ per aſcenſiones circuli directi & multiplicare illam per differentiam duorum ſignificatorũ & diuidere per medietatẽ arcus diurni vt prius dictum eſt: & partem proportionalem debes addere ad ſignificatorem circuli directi ſi fuerit minor ſignificatore regionis. Vel ſubtrahere ſi fuerit maior/ in alio non differt opus. Si autem ſignificator dirigendus fuerit inter angulum terræ & gradum occidentis/ operari debes cum gradu oppoſito ſignificatoris & cum gradu oppoſito loci ad quem vis eum dirigere & per diſtantiam gradus oppoſiti ſignifi-

catoris a medio cœli: & per medietatem arcus diurnum gra. oppo
ſiti ſignificatoris. gradus enim oppoſitus ſignificatoris tãtũ diſtat
a linea meridiana/ quantum gra. ſignificatoris ab angulo terræ. &
medietas arcus diurni grad. oppoſiti eſt tanta quãta eſt medietas
arcus nocturni ſignificatoris. & eſt tunc idem opus ℘ fuit inter
medium cœli & aſcendens. Si vero ſignificator dirigendus fuerit
inter angulum occidentis & medium cœli/ debes operari ſimili-
ter per gradũ oppoſitum ſignificatoris & per diſtãtiam eiuſdẽ ab
aſcendente & per medietatem arcus nocturni eiuſdẽ gradus oppo
ſiti & per gradum oppoſitum loci ſignificatoris ad quem dirigen-
dus eſt: & eſt eiuſdem operatio ſicut fit inter aſcendens & angu-
lum terræ Si vero contingat ℘ ſignificator dirigendus ſit in vna
quadra/ & locus ad quẽ debet dirigi ſit in alia quadra. Verbi gra-
tia. ſignificator ſit inter medium cœli & aſcendẽs: & locus ad quẽ
debet dirigi ſit inter aſcendens & angulum terræ/ tunc debes diri-
gere vſq; ad angulum: & poſtea dirigere angulum vſq; ad locum
ad quem debet dirigi & iungere has directiones inſimul. Diriges
autem ſignificatorem prius dictum: ita ℘ accipias diſtãtiam ſigni
ficatoris ab angulo qui eſt retro ipſum in ordine ſignorum: ſicut ſi
fuerit inter angulum medij cœli & aſcendens/ accipies diſtantiam
eius ab angulo medij cœli. Et ſi fuerit inter aſcendens & angulũ
terræ accipies/ diſtantiam eius ab aſcendente: accipies etiam me-
dietatem arcus diurni vel nocturni gradus ſignificatoris vel eius
oppoſiti per modum prius dictum: & angulum ad quem vis diri-
gere/ accipies pro loco ad quem debet dirigi: & teneto ordinem
prius dictum. Illa directione facta diriges angulum per modum
prius dictum quãdo ſignificator fuerit in aliquo angulorum vſq;
ad locum ad quem debet dirigi ſignificator: & addes vnam dire-
ctionem cum alia: & prouenient gradus directionis. Auctor in lite
ra dicit quod debet accipi diſtantia ſignificatoris ab angulo & illa
debet diuidi per partes horarũ gradus ſignificatoris/ & proueniẽt
horæ diſtantię ſignificatoris ab angulo. & dicit quod debet accipi
ſexta pars differentię duorum ſignificatorum: quam ſextam partẽ
iubet multiplicare per horas diſtantię ſignificatoris a meridie: &
prouenientes iubet addere ad ſignificatorem circuli directi vel ſub-
trahere per modum dictum. Sed modus quem poſui/ eſt leuior &
planior. In modo enim autoris oportet accipere diſtantiam ab an
gulo per eũdem modũ quem ego poſui. & vltra hoc/ oportet quę-
rere partes horarum gradus ſignificatoris: & poſtea diuidere diſtã
tiam ab angulo per partes horarum gradus ſignificatoris: & quod
prouenerit tenere. Oportet etiã ſecundum modum ſuum quærere
ſignificatorem circuli directi & ſignificatorem regiõis per eundẽ

modum quem posui & etiam differẽtiam duorum significatorum: & vltra hoc oportet illam differentiã diuidere per sex ad hoc quę habeatur .6. pars eiꝰ. Cũ in multitudine operationũ faciliter cadat error/ videtur mihi modus quẽ posui/certior. Exemplum quando significator est inter medium cœli & ascendens/ & locus ad quem debet dirigi in eadem quadra/scilicet inter medium cœli & ascendens. Pono ♄ luna sit hylech & sit in quinto gradu aquarij: & pono quod radij oppositi Saturni(& idẽ esset de corpore)sint in sexto gradu piscium: & pono quod angulus medij cœli sit .20. gradus capricorni. Ad dirigendum lunam ad radios Saturni/ quęsiui primo ascensiones gradus medij cœli in circulo directo/ & inueni 21. gradus &. 39. minuta: subtraxi ascensiones gradus medij cœli ab ascensionibus gradus lunæ: & remansit distantia lunæ a medio cœli. 15. gradus. 44. minuta. Deinde quęsiui ascẽsiones gradus lunæ in circulo obliquo/ & inueni. 330. gradus. 22. minuta. quęsiui etiam ascensiões gradus oppositi loci lunæ. 104. gradus &. 30 minuta/ a quibus subtraxi ascensiones gradus lunæ. sed quia non potui subtrahere/ eo quod ascensiones gradus lunæ erant maiores ascensionibus gradus oppositi: addidi ascensionibus gradus oppositi lunæ 360. gradus/ & prouenerunt. 464. gradus. 30. minuta. deinde subtraxi/ & remanserũt. 134. gradus. 8. minuta. & hoc fuit totus arcus diurnus gradus lunæ quem mediaui/ & fuit medietas 67. gradus &. 4. minuta. Seruaui itaq; distantiam lunæ a medio cœli & medietatem arcus diurni lunæ. Deinde subtraxi ascensiones gra. lunæ in circulo directo/ quæ fuerunt. 37. gradus. 22. minuta ab ascẽsionibus gra. radiorũ Saturni in eodẽ circulo/ quę fuerunt. 67. gra. 48. minuta/ & remanserunt. 31. gradus. 25. minuta: & hoc fuit significator circuli directi. Seruaui itaq; eũ: deinde subtraxi ascensiones gra. lunæ in circulo obliquo quæ fuerunt. 330. gradus. 22. minuta ab ascensionibus radiorum Saturni in eodem circulo obliquo qui fuerũt. 348. gradus. 31. minuta/ & remansit significator regiõis qui fuit. 18. gradus. 9. minuta. Deinde subtraxi significatorẽ regiõis a significatore circuli directi: & remãsit differẽtia duorũ significatorũ quæ fuit. 12. gra. 16. minu. Deinde multiplicaui istam differentiam per distantiã lunæ a medio cœli/ & diuisi per medietatem arcus diurni gradus lunę/ & prouenit pars proportionalis quę fuit. 2. gradus. 52. minuta. 38. secunda. quam partem proportionalem etiam subtraxi a significatore circuli directi quia fuit maior significatore regionis & remanserũr gra. directionis qui fuerũt. 27. gradus. 32. minuta. 21. secũdo accepi pro quolibet gradu vnum annum & pro quibuslibet minutis. 5. residuis vnum mensem. & pro quolibet minuto. 6. dies: & pro quolibet se-

cundo. 6. minuta dierum cum completum fuerit hoc tempus a tẽ-
pore natiuitatis cuius figura fuerit hoc modo dispoſita: morietur
natus. Quãdo vero ſignificator eſt inter aſcendẽs & angulum ter
ræ: operaberis cum diſtantia ab aſcendẽte & cum medietate arcus
nocturni: & non differt in alio Cum volueris dirigere contra ſuc
ceſſionẽ ſignorũ ſi ſignificator fuerit inter mediũ cœli & aſcẽdẽs/
operaberis cũ diſtantia ab aſcendẽte & cum medietate arcus diur
ni. Si ſignificator fuert inter angulum terræ & gradum occiden-
tis: operaberis cum oppoſito gradu ſignificatoris & gradu oppo-
ſito loci ad quem vis dirigere: & tunc eſt opus tuum inter mediũ
cœli & aſcendens. Et ſi ſignificator fuerit inter gradum occiden-
tis & medium cœli/operaberis ſimiliter cum gradibus oppoſitis: &
tunc eſt opus tuum inter aſcẽdens & angulum terræ. ¶ Nota ta-
men ♃ ſecundum modum dictum diriguntur ſignificatores quan
do non habent latitudinem. Quando autem ſignificatores habent
latitudinem/difficilior eſt modus: & propter hoc factũ fuit inſtru-
mentum ad dirigendum planetas habentes latitudinẽ: & illud in-
ſtrumentum vocatur directorium. Videbatur compoſitori ſeu in-
uentori illius inſtrumenti ♃ ſignificator habens latitudinem non
poſſet dirigi per tabulas aſcenſionum: vel non ſine magna difficul
tate. Ego autem dico ♃ inſtrumentum ſuum non eſt ſufficiẽs: niſi
ſit maxime quantitatis ita ♃ poſſit recipere minuta: tale autẽ vix
poteſt fieri. In directiõibus enim vt plurimum accipitur pro quo-
libet gradu vnus annus. modo ſi in directiõibus inſtrumentũ nõ
ſit diuiſum niſi per gradus vix inuenietur in eodẽ certitudo vſq;
ad annum: & hoc ſi inſtrumẽtum ſit bene factum ita ♃ nõ ſit error
in diuidendo: hoc aut non ſufficit. Et ego dico tibi ♃ ſignificator
habens latitudinem poteſt dirigi ad locum habentem latitudinem
per tabulas aſcenſionum: & non vidi modum expoſitum in aliquo
libro. Modus autem eſt iſte. cum volueris dirigere ſignificatorem
habentem latitudinẽ ab eclyptica ad corpus alicuius planetę etiã
habentis latitudinem vel ad radios alicuius habentis latitudinẽ:
quære primo gradum cum quo ſignificator mediat cœlum ſecun
dum doctrinam canonum primi mobilis. Deinde quære gradum
cum quo mediat cœlum locus ad quem vis dirigere ſecundum eã-
dem doctrinam: & accipies gradum cum quo ſignificator mediat
cœlum pro loco ſignificatoris: & per hunc ſcies diſtantiam ſignifi
catoris a medio cœli vel ab aſcendente per modum prius dictum
nec plus nec minus: & accipies locum cum quo mediat cœlum lo-
cus ad quem debet dirigi pro loco ad quem debet dirigi: & cum
iſtis duobus quęres ſignificatorẽ circuli directi per modũ prius di
ctum. deinde quære gradum cũ quo oritur ſignificator in regio-

ne ſua ſecūdum doctrinam canonum primi mobilis. quære etiam gradum cum quo oritur locus ad quē debet dirigi ſecundū eoſdē canones. Deinde cum gradu cum quo oritur ſignificator quæres medietatem arcus diurni vel nocturni per modum prius dictum: & quæres ſignificatorem regionis cū iſtis duobus gradibus ſ. cum gradu cū quo oritur ſignificator & cū gradu cū quo oritur locus ad quem debet dirigi in alio nō differt opus. Dico tibi etiā & breuiter: oportet quærere gradum in quo ſignificator mediat cœlum & gradum cum quo mediat cœlū locus ad quem debet dirigi. cū primis duobus oportet quærere ſignificatorē circuli directi. cum alijs duobus oportet quærere ſignificatorē regionis. Cū gradu cū quo ſignificator mediat cœlū oportet quærere diſtātiam a medio cœli ſi fuerit inter mediū cœli & aſcēdēs. cū gradu cū quo oritur ſignificator oportet quęrere medietatē arcus diurni vel nocturni. Si autem ſignificator fuerit inter aſcendens & angulū terrę/oportet quęrere diſtantiā ſignificatoris ab aſcendente cum gradu cum quo oritur ſignificator & cū eodem medietatē arcus nocturni. in omnibus alijs eſt idem opus cū opere prius dicto. Eſt etiam vnus alius caſus qui poteſt contingere in directionibus quando ſignificator & locus ad quē debent dirigi habēt latitudinē: aut vnus eorum habet latitudinem. Poteſt enim contingere ♀ ſignificator dirigendus & locus ad quē debet dirigi ſimul veniant ad lineā meridianam: ita ♀ ambo mediant cœlū cū eodem gradu licet non ſint in eodē gradu in eclyptica. Si aliquis iſtorū caſuum eueniat: tunc operaberis eodē modo quo dicā. Si ſignificator & loc⁹ ad quē debet dirigi veniāt cū eodē gradu ad mediū cœli: quia nō ſunt aliquę aſcēſiōes in circulo directo inter eos/pones pro ſignificatore circuli directi. o. Poſtea q̄res ſignificatorē regiōis accipiēdo aſcēſiōes in circulo obliquo a loco cū quo oritur ſignificator vſq; ad locum cū quo oritur locus ad quē debet dirigi: & totū illud. ſ. ſignificatorē regiōis multiplicabis per diſtātiā ſignificatoris ab angulo & productū diuides per medietatem arcus diurni vel nocturni: & proueniet pars proportionalis quā tenebis pro gradibus directionis. Si autē ſignificator dirigendus: & locus ab quem debet dirigi oriantur cū vno & eodē gradu pones pro ſignificatore regionis o. & ſignificatorē circuli directi multiplica per diſtantiā ſignificatoris ab angulo: & diuide per medietatem arcus diurni vel nocturni: & proueniet pars proportionalis quā tenebis pro gradib⁹ directionis. Ponere de omnibus exēpla eſſet nimis longū: ſed intēdo domino cōcedente in fine iſtius expoſitionis ponere æquationem vnius natiuitatis. in qua patebit modus inueſtigādi aſcendētē eligendi hylech & alcochodē: & ponā ibi aliquas proiectiōes radiorum & aliquas directiones: ſufficiant hæc de opere directionum.

Dicit auctor in litera. cognitis annis directiõis/ si volueris scire locum istius directionis in zodiaco/ adde annos directiõis super ascẽ siones circuli directi gradus significatoris si significator fuerit in medio cœli vel in angulo terræ/ & reduces ad gradus æquales in circulo directo. & vbi perduxerit te numerus in circulo signorum: ibi est locus directiõis: & dicitur locus diuisionis. & dominus termini illi⁹ loci dicitur diuisor. Si significator fuerit in ascendẽte adde annos directionis super ascensiones regionis gradus significatoris: & reduc ad gradus æquales in circulo obliquo. & vbi perduxerit te numerus in circulo signorum. ibi est locus diuisiõis. & dominus termini illius loci/ est diuisor. Et istud est idem opus cum opere de proiectionibus radiorum: & quando feceris directionem/ & feceris istud opus/ inuenies in fine eundem locum ad quem direxisti: nisi significator haberet latitudinem.

ET EX HOC ALGEBVTARIN NATIVITAtibus. In hoc capitulo auctor docet dirigere gradum ascendentem in natiuitatibus. Sententia literæ est talis. Cõsidera in cuius planetæ termino sit gradus ascẽdens/ & consídera finẽ illius termini. Deinde quære ascẽsiones gradus ascendẽtis in circulo obliquo per tabulã tuę regionis & serua eas: quære etiam ascensiones finis illius termini per eandem tabulam: a quibus subtrahe ascensiones gra. ascendentis & gra. qui remanserint sunt gra. directionis. accipe pro quolibet gradu annum vnum: & pro quibuslibet quinq; minutis vnũ mẽsem: & pro quolibet minuto. 6. dies: & pro quolibet secũdo duas horas & .24. minuta horæ: & planeta qui est dominus termini est dispositor annorum siue diuisor. Postea consídera finem termini: immediate sequentis & subtrahe ascensiones finis termini pręcedentis ab ascensionibus finis termini illius: & remanebunt gradus directiõis. accipe sicut prius pro quolibet gra. annum vnum & cętera. & dominus illius termini est dispositor siue diuisor: & isto modo facies ad finẽ cuiuslibet signi secundum ordinem signorum vsq; ad finem vitæ. Et si fuerit in aliquo termio aliquis planeta vel radij alicuius planetæ/ illa planeta erit particeps in diuisione. Exemplum in hoc pono ♍ ascendens alicuius natiuitatis fuit quartus gradus virginis completus ad dirigendum gradum istũ: consídera primo in cuius planetæ termino est iste gradus. & patet primo ♍ in termino Mercurij/ & durat terminus vsq; ad finem .7. gradus virginis. quæsiui ascensiones gradus ascendentis in horizonte obliquo in regione cuius latitudo est .48. gradus/ & inueni .144. gradus .27. minuta. quæsiui etiam ascensiones finis termini scilicet finis .7. gradus virginis/ & inueni .148. gradus .33. minuta. subtraxi ascensiones

gradus aſcendentis ab aſcenſionibus finis termini: & remanſerunt 4. gradus. 6. minuta. dedi cuilibet gradui annum & quibuſlibet 5. minutis vnū menſem/ & cuilibet minuto. 6. dies: & fuerunt quatuor anni ideſt mēſis. 26. dies. & Mercurius dominus termini fuit diſpoſitor iſtorum annorum. Deinde cōſideraui terminum immediate ſequentem qui eſt veneris & durat vſq; ad finem. 17. gradus virginis. quæſiui aſcenſiones finis termini illius ſcilicet veneris & inueni. 162. gradus. 15. minuta. a quibus ſubtraxi aſcenſiones finis termini pręcedentis Mercurij: & remāſerunt. 13. gradus. 44. minuta. qui fecerunt. 13. annos. 8. menſes. 12. dies. & Venus diſpoſuit hos annos. in fine iſtius termini fuit ætas nati. 17. anni. 9. mēſes. 18. dies. Deinde ſequitur terminus Iouis qui durat vſq; ad 21. gradum virginis completum. quæſiui aſcenſiones eius & inueni. 167. gradus. 93. minuta. a quibus ſubtraxi aſcēſiones finis termini pręcedentis: & remanſerunt quinq; gradus. 28. minuta quæ fecerunt quinq; annos. quinq; menſes. 18. dies: & Iupiter fuit diſpoſitor iſtorum annorum. Factaq; eſt ætas nati in fine iſtorū annorum. 23. anni. tres menſes. ſex dies. Deinde ſequitur terminus Martis. & faciendum eſt vt prius: & ſecūdum iſtum directio continuanda vſq; ad finem vitæ: & quoties directio peruenit ad corpus vel radios infortunæ/ veniet nato infirmitas vel impedimentum in corpore ſuo ſecundum naturam illius infortunę/ niſi fortunæ aſpexerint ipſum locum: tunc enim minuent malum.

EX HOC DVODENARIA PLANETARVM & domorū. In hoc capitulo auctor docet inuenire dominum duodenarię. Intelligendum eſt ad euidentiam iſtius capituli q; quodlibet ſignum intelligitur diuidi in duodecim partes: & quęlibet pars eſt de duobus gradib⁹ &. 30. minutis. Hyſpalenſis ponit hoc capitulum: & duo capitula ſequentia inter dignitates planetarum: & dominus primę duodenarię eſt dominus illius ſigni. Dominus ſecundæ duodenariæ eſt planeta ſuccedens deſcendendo & ſic ſecūdum ordinem. Verbi gratia. dominus primæ duodenarię arietis eſt Mars. ſecundæ ſol. tertiæ Venus. quartæ Mercurius. quintæ luna. ſextæ Saturnus. ſeptimæ Iupiter. octauę iterum Mars: & ſic ſecundum ordinem. Sententia auctoris eſt talis. Cum volueris ſcire duodenarias planetarum vel domorum vide quantum tranſiuit planeta de ſigno in quo eſt aut de domo in qua eſt & numerum illorum graduū multiplica per duodecim: & ſuper numerum productum adde numerum graduum quos multiplicaſti. & quod collectum fuerit proijce ab initio ſigni in quo eſt planeta/ dādo vnicuiq; ſigno. 30. & vbi finitus fuerit numerus ibi erit duodenaria.

ET EX HOC ANAVBARACH. Hic docet inuenire dominum nouenarię. Sententia enim eſt talis. Cum volueris ſcire nouenariam ſiue dominū nouenarię alicuius planetæ: vide quot gradus pertranſiuit planeta de ſigno in quo eſt: vel de domo in qua eſt. & diuide totum illud ſignū in. 9. diuiſiones. & erit quælibet diuiſio ex tribus gradibus &. 20. minutis. Deinde vide in qua parte illius diuiſionis ſit planeta. & dabis primā diuiſionē domino ſigni mobilis eiuſdē triplicitatis. & ſecundā diuiſionē domino ſigni ſequentis: & ſic eundo ſecundū ordinem ſignorū quouſq; venias ad illam nouenariā in qua eſt planeta cuius quęris dominū nouenariæ. Verbi gratia. pono quod ſol ſit in. 24. gra. aquarij. ad ſciēdū dominum nouenarię gradus ſolis dedi primo tres gradus aquarij &. 20. minuta domino ſigni mobilis eiuſdem triplicitatis. eſt autē aquarius de triplicitate aerea. Signū mobile illius triplicitatis eſt libra: dominus eius eſt Venus. eſt ergo Venus domina primæ nouenariæ aquarij. ſ. primorū trium graduū &. 20. minutorū. Deinde dedi ſecundā nouenariam Marti domino ſigni ſequētis. ſ. ſcorpionis: & cōpleti tūc fuerūt a principio aquarij. 6. gradus &. 40. minuta. Deinde tertiā nouenariā dedi Ioui. ſ. domino Sagittarij qui ſuccedit ſcorpioni. & cōpleti fuerūt tunc a principio aquarij 10. gradus. Dedi quartā nouenariam Saturno domino capricorni qui ſuccedit Sagittario: & completi fuerunt a principio ſigni. 13. gra. &. 20. minuta. Dedi quintam nouenariā Saturno domino aquarij: & completi fuerunt. 16. gradus &. 40. minuta. Dedi ſextam nouenariā Ioui domino piſcium & completi fuerunt a principio ſigni aquarii. 20. gradus. Dedi ſeptimā nouenariam Marti domino arietis: & cōpleti fuerunt a principio ſigni. 23. gradus: & 20. minuta. Dedi octauam nouenariam veneri domino tauri. illa ergo eſt diuiſio nouenarię ſolis in caſu propoſito: & completi fuerunt tunc gradus. 26. & minuta. 40. aquarii. Quando ergo inuenies in libris iudiciorum de domino Anaubarach luminarium: ſi fuerit in die intelligitur de domino nouenariæ ſolis: ſi in nocte/ de domino nouenariæ gradus lunę. Alia quę auctor dicit patēt legēdo literam.

ET EX HOC ADORINGEN. Hic docet inuenire decanum. Sententia eius eſt talis. Diuide ſignū aſcendens in tres partes: & quælibet diuiſio erit ex decem gradibus. dabiſq; primam diuiſionē domino aſcendentis. ſecundam domino ſecundi ſigni: & tertiā domino tertii ſigni. Vult dicere q̄ prima diuiſio eſt domini eiuſdem ſigni quod aſcendit. Et ſecunda diuiſio eſt domini ſigni ſequentis eiuſdem triplicitatis. tertia diuiſio eſt domini tertii ſigni illius triplicitatis. ita q̄ tres decani ſunt domini triū ſignorū vnius triplici-

tatis. Auctor ponit exemplum tale in litera. Posito q̃ prima facies arietis sit ascendens: eius decanus est Mars. Si secunda facies est ascendens: eius decanus est sol/dominus leonis secundi signi eiusdem triplicitatis. & si tertia facies sit ascendens: eius decanus est Iupiter/dominus Sagittarii quod est tertium signum illius triplicitatis. Et si prima facies leonis sit ascendens: eius decanus est sol/dominus eiusdem signi. Si secunda facies sit ascendens: eius decanus est Iupiter dominus signi quod succedit leoni in eadem triplicitate. Si tertia facies sit ascendens: eius decanus est Mars/dominus tertii signi a leone in eadem triplicitate scilicet arietis. & secundū hunc modum intellige de aliis triplicitatibus.

ET EX HOC DOMINVS ORBIS. In hoc capitulo ponit ordinem in domino horarum in natiuitatibus. Sententia literæ est talis. Aspice in qua hora natus egreditur vterum: & dominum illius horę da primo anno natiuitatis/ & per illum significatur esse nati in eodem anno quantum ad sanitates vel infirmitates corporis nati sicut per dominum ascendentis. Et dabis dominum horæ sequentis secundo anno. & per eum significatur esse substantiæ in eodem anno sicut per dominum domus substantiæ. Dabis dominum tertiæ horæ tertio anno ab hora natiuitatis. & per eum significatur esse fratrum in illo anno sicut per dominum tertiæ domus. & isto modo facies de aliis dominis horarum eundo secundum ordinem horarum & domorum vsq; ad finem vitæ. & planum est in litera quod dicit. Exemplum in hoc ponatur q̃ quidam natus fuit in die solis hora quarta: quæ hora quarta est hora lunæ. erit luna domina primi anni. & ab ea accipitur esse corporis. Hora sequens est Saturni. erit ergo Saturnus dominus secundi anni. & ab eo accipitur esse substantiæ in illo anno. & sic per ordinem.

ET EX HOC DISPOSITIO FRIDARIÆ. In hoc c. auctor docet ordinare annos fridariæ & gubernationis planetarum in natiuitatibus. Sententia literæ talis est. Si natiuitas fuerit in die: incipit fridaria a sole/ & gubernat ipsum natū sol secūdū quātitatē annorū suę fridarię qui sunt decē. Post solē gubernat ipsum Venus secundū quātitatē annorū fridarię eius qui sunt octo. Post Venerē gubernat Mercurius per. 13. annos. deinde luna per nouem annos. deinde Saturnus per. 11. deinde Iupiter per. 12. annos. deinde Mars per. 7. annos. deinde caput draconis per tres annos. deinde cauda draconis per duos annos. deinde reuertitur

diſpoſitio ad ſolem & vadit per ordinem planetarū ſicut prius: numerus autem omnium annorum eſt. 75. & qui tranſit hunc numerum annorum reuertitur ad diſpoſitionem primam ſecundum q̄ poſſibile eſt. Si autem natiuitas eſt in nocte incipit fridaria a luna & diſpoſuit luna annos ſuos. deinde Saturnus. deinde Iupiter. deinde Mars. deinde Sol. deinde Venus: poſtea Mercurius. deinde reuertitur ad lunam & vadit ſecundum ordinem planetarū ſicut prius. Et quādo aliquis planeta diſponit annos ſuę fridarię diſponit ipſe ſeptimam partem illorum annorum ſolus. In ſecunda autē ſeptima participat ei planeta frequens qui ei ſuccedit. In tertia autem participat ei planeta tertius. In quarta quartus. Et in quinta quintus. & ſic vſq; ad ſeptem ſeptimas & ſeptem planetas. Verbi gratia. pono q̄ natus fuit quis in die: incipit ergo fridaria a ſole & gubernat ipſum ſol ſecundum quantitatem annorum fridariæ ſuę qui ſunt. 10. anni. & gubernauit ipſe ſol ſolus ſeptimam partē iſtorum decem annorum/ ſcilicet per vnum annum ſolarē &. 156. dies &. 12. horas. Hæc eſt enim ſeptima pars decem annorum. In ſecūda ſeptima parte horum decem annorum habuit Venus participationem cum ſole in fridarię diſpoſitiōe per vnum annum &. 156. dies. &. 12. horas. & tranſierunt tunc nato duo anni 313. dies cōpleti. deinde habuit participationem cum ſole in diſpoſitione fridariæ Mercurius per vnum annum &. 156. dies. &. 12. horas. & in fine huius diuiſiōis tranſierunt nato quatuor anni ſolares. 104. dies. 6. horæ. deinde habuit participationem cum ſole luna per eādem ſeptimam. 10. annorum. & in fine huius diuiſionis tranſierūt nato. 5. anni. 260. dies. 18. horæ. deinde habuit participationem cum ſole Saturnus per ſeptimam partem. 10. annorum. & in fine huius diuiſionis tranſierunt nato ſeptem anni. 52. dies completi. deinde habuit participationem cū ſole Iupiter in diſpoſitione fridarię per eandem ſeptimam. & in fine huius diuiſionis tranſierūt nato. 8. anni ſolares. 208. dies. 12. horæ. deinde habuit participationem cum ſole in diſpoſitione fridariæ Mars in vltima ſeptima parte decem annorum. & in fine huius diuiſionis tranſierunt nato 10. anni completi. ſecundum hunc modum eſt faciendum in fridarijs omnium planetarum. Caput autem draconis & cauda quilibet eorum diſponit per ſe annos fridarię ſuę ſiue participationem planetarum. Narrare autem euentus contingentes nato in qualibet harum diuiſionum eſſet nimis longum Haly Abenragel in ſuo libro magno complete poſuit omnes diuiſiones & iudicia cuiuſlibet diuiſionis. ideo qui volunt hæc iudicia/ legant librum illum.

ET EX HOC ALMANAR. In hoc capitulo docet quis planetarum ſit eleuatus ſuper alterum. Intentio ſua eſt ꝙ planeta qui fuit altior in circulo ſuo breui ſcilicet in epicyclo dicitur eleuatus ſuper alterum eleuatione de qua hic loquitur. & hoc eſt quod dicit Ptolemęus in .63. propoſitione centiloquij. Dicit enim oportet aſpicere in coniunctione Saturni & Iouis in eodem minuto ad eleuationem vnius ſuper alterum: & iudica cum fortitudine naturæ eius in hoc mundo. Et ſimiliter fac. in .21. coniunctionibus reſiduis. Haly ibidem dicit in commẽto. eleuatio planetæ ſuper planetam eſt vt ſit remotio eius ab auge ſui circuli breuis. & ille dicitur eleuatus ſuper alterum. Auctor autem in litera iubet aſpicere medium locum planetę & verum locũ planetæ. & ſi verus locus planetæ fuerit minor medio motu planeta eſt deſcendens a ſuperiori parte epicycli verſus inferiorẽ partẽ. Si vero verus locus planetę maior medio motu fuerit: planeta eſt aſcẽdẽs ab inferiori parte epicycli verſus ſuperiorẽ partem. & vt breuiter dicatur ſi argumẽtum ęquatum planetę fuerit minus: ſex ſignis communibus eſt deſcendens. & ſi plus eſt aſcẽdens. deinde iubet auctor ſubtrahere mediũ motum planetæ de vero motu: eiuſdem ſi medius motus fuerit minor vero: vel econtra ſi fuerit maior/ita videlicet ꝙ minor ſubtrahatur a maiori & reſiduũ iubet multiplicare per ſeptem. & numerum prouenientem iubet diuidere per .22. & numerum quotiẽtẽ iubet tenere pro eleuatione quando aſcendit vel pro depreſſione quando deſcendit. De venere & Mercurio iubet reſpicere differentiam inter locum cuiuſlibet eorum & locum ſolis & iubet facere ſicut in alijs. Modus prius dictus ſecundum ſententiam Ptolemęi videtur mihi melior & certior. deinde dicit auctor ꝙ fortior ſignificatio planetarum eſt cũ vnus eorum fuerit eleuatus ſuper alterũ in coniunctiõe. In oppoſitione autẽ & in quarto aſpectu erit ſignificatio minus apparens. & ſi vnus planeta fuerit aſcendens & alter deſcendens. ille qui fuerit aſcendens vadit ſupra deſcendentem. & ſi vterq; fuerit aſcendens ille vadit ſuper alium: qui fuerit maioris aſcẽſiõis. & ſi vterq; fuerit deſcendens: ille vadit ſuper alium. qui fuerit minoris deſcẽſionis. Dicitur etiam alio modo planeta eleuari ſuper planetam quantum ad latitudinem quia ſeptentrionalis vadit ſuper meridianum. Et ſi fuerint ambo ſeptentrionales/ille qui fuerit plus ſeptentrionalis vadit ſuper illum qui fuerit minus ſeptentrionalis. Si vero fuerint ambo meridionales ille qui fuerit minoris latitudinis vadit ſuper illum qui fuerit maioris latitudinis. Si fuerit aliquis planetarum in eclyptica carens latitudine: tunc planeta ſeptentrionalis vadit ſuper eum & ipſe carẽs latitudine, vadit ſuper

meridianum.

ET EX HOC APERTIO PORTARVM. Dicit q̄ apertio portarum dicitur: quando inferior iungitur ſuperiori & cum hoc fuerint eorū domus oppoſitę. Verbi gratia. quando luna coniungitur cum Saturno vel eum aſpicit tunc eſt apertio portarum. Similiter quando ſol coniungitur Saturno: domus enim ſolis & lunæ ſunt oppoſitę domibus Saturni. Similiter fit apertio portarum quādo Mercurius cō iungitur Ioui: quia ambę domus vtriuſq; ſunt oppoſitę. Similiter quando iungitur Venus Marti fit apertio portarum: quia eorum domus ſunt oppoſitæ. Dicit Hiſpalenſis q̄ Venus ſignificat humiditatem. Mercurius ſignificat ventos. Saturnus nebulas & frigus. Mars ventos a dextro ideſt a meridie & calorem. Iupiter temperiem & ventos a ſiniſtro ideſt a ſeptentrione. Dicit idem Hiſpalēſis quando luna ſeparatur a coniunctione alicuius planetæ vel ab eius aſpectu & coniungitur alteri planetę / & ſunt illorum planetarum domus oppoſitę: hoc eſt apertio magnarū valuarum in qua neceſſe eſt venire ventos vel pluuias vt eſt ex natura illorum planetarum. verbi gratia. luna quando ſeparando a venere coniungitur Marti: aut ſeparando a Mercurio coniungitur Ioui: aut ſeparando a ſole coniungitur Saturno: hoc eſt apertio magnarum valuarum.

ET EX HOC ALBVTEM. Hic loquitur de horis fortunatis & infortunatis. dicit q̄ Indi inuenerāt. 12. horas poſt coniunctionem ſolis & lunæ & dant eas ſoli: & diuidunt eas in tres partes & iudicant ſuper primas quatuor horas ſecūdum iudicium primi domini triplicitatis loci ſolis. & iudicant ſuper quatuor ſecundas ſecundum iudicium ſecundi domini triplicitatis loci ſolis. & ſuper quatuor vltimas ſecundum iudicium tertij domini triplicitatis loci ſolis hora coniunctionis. Poſtea dant veneri. 12. horas ſequentes & diuidunt eas ſimiliter in tres partes & iudicant ſuper quaſlibet quatuor ſecundum iudicium dominorum triplicitatis loci veneris hora coniunctionis. Poſtea faciunt ſimiliter cum Mercurio & luna & cum cæteris planetis ſecundum ordinem planetarū: donec reuertatur orbis ad ſolem poſt. 84. horas. & tunc recipiunt a ſole ſecundum eundem ordinem. & hoc continuant vſq; ad coniunctionem ſecundam. Et quidam dicunt q̄ poſt coniunctionem ſunt. 12. horæ quæ vocantur combuſtę in quibus non eſt bonum incipere aliquod opus. & poſt has. 12. combuſtas ſunt. 72. horæ incombuſtæ in quibus vtilis eſt incœptio operū: & poſt has. 72. incombuſtas iterum ſunt duodecim combuſtę. & iterum poſt illas 72. incombuſtę. & poſt eas. 12. combuſtæ: & ſic vſq; ad cōiunctio-

em ſequentem. Et vt breuiter dicatur omnes 12. horæ quæ dantur ſoli ſecundum ordinem planetarum ſunt combuſtę &. 72. quæ ſunt aliorum planetarū ſunt incombuſtę. Deinde dicit auctor & diuidunt has. 12. horas cōbuſtas in tres diuiſiones: & quęlibet diuiſio erit ex quatuor horis. Et dicunt quidam ꝙ qui incœperit bellum in quatuor primis horis cōbuſtis/timenda eſt perditio animę ſuæ. Auctor non intelligit perditionē animę poſt vitā iſtam ita ꝙ poſt ſeparationē animæ a corpore rapiant eam diaboli & deducant ad inferos. Sed intelligit animę perditionē ideſt amiſſionē vitę preſentis & hoc modo intelligitur in omnibus locis iudiciorum aſtronomię. De iſta enim perditione pertinet ad eos loqui: De prima autē perditiōe pertinet theologis. Et qui incœperit bellū in ſecūdis quatuor horis: timēdum eſt detrimentum ſui corporis. ſ. abſq; perditione vitę. & qui incœperit bellū in vltimis quatuor: timenda eſt perditio omniū quæ poſſidet & timetur perditio illorū quæ pertinent ad ipſum. & ſic completa eſt expoſitio quartę differentię Alcabitij introductorij ad magiſterium iudiciorum aſtrorum.

DIFFERENTIA QVINTA IN COMMEmoratione vniuerſarum partium. Iſta eſt quinta differentia iſtius libri in qua auctor docet proiectionē partium: & poteſt diuidi in duas partes. quoniam in prima parte ponit partes quæ cadunt in natiuitatibus. Et in ſecunda parte ponit partes quæ cadunt in reuolutioni busannorum mundi. Secunda pars incipit ibi: & quia auxiliante deo. Prima pars diuiditur in duas partes: quoniam in prima parte dat modū proiectionis partium in generali & exemplificat de parte fortunę. In ſecūda parte ponit in ſpeciali partes. 12. domorum. Secūda pars incipit ibi. incipiamus itaq; poſt partē fortunę. Sentētia primæ partis eſt talis. Modus in proiectiōibus partiū eſt ꝙ accipiūtur gradus ęquales qui ſunt inter vnū locum & aliū & numerus ille proiꝛcitur ab aſcēdente vel alio loco. vel addūtur ſuper gradus æquales qui fuerunt inter ambo loca gradus qui ſunt ab initio ſigni aſcendentis & productum computatur ab initio ſigni aſcendentis dando cuilibet ſigno. 30. gradus. & vbi finitus fuerit numerus ibi eſt pars fortunæ. Verbi gratia. pono ꝙ ſit ſol in fine ſexti gradus piſciū & luna ſit in fine. 14. gradus geminorū: & gradus aſcendētis ſit. 10. gradus arietis. ſubtrahā verum locū ſolis a vero loco lunę & remanēt. 98. gradus: ſuper quos addam. 10. gradus qui ſunt a principio arietis vſq; ad gradū aſcendentē & proueniunt. 108. gradus incipiā proiꝛcere ab initio arietis dando cuilibet ſigno. 30. gradus & terminatur numerus iſte in. 28. gradu cāncri. ibi ergo eſt pars fortunæ in exemplo propoſito.

INCIPIAMVS ITAQVE. In hac parte ponit proiectionis partium ſecundum ordinem, 12. domorum ponendo in qualibet domo partes ad illam pertinentes. Et poteſt diuidi in tot partes quot ſunt domus vbi partes incipiunt patet in litera. Primo ponit partes primæ domus & ſunt ſex. Prima eſt pars vitæ. Secunda eſt pars hylech. Tertia eſt pars futurorũ ſiue pars diuinationis. Quarta eſt pars dilectionis & concordię. Quinta eſt pars ſtabilitatis & durationis. Sexta eſt pars animoſitatis & audacię. Dicit in litera cum volueris ſcire partem vitę: accipe gradus qui ſunt a Ioue vſq; ad Saturnum in die & in nocte gradus qui ſunt a Saturno vſq; ad Iouem: & proijce ab aſcendente. Albumazar dicit in ſuo introductorio magno q; hęc pars ſignificat vitam naturalē & eſſe corporis ac victus: quæ ſi fuerit boni eſſe/ſignificat prolixitatem vitę & ſanitatem corporis & gaudium animæ. Si vero fuerit impedita: ſignificat paucitatē vitę & multitudinē infirmitatũ animiq; mœrorē ac triſtitiã. Deinde dicit auctor pars hylech accipitur a gradu coniunctionis quæ pręceſſit natiuitatem ſi natiuitas fuerit coniunctionalis. vel a gradu pręuentionis ideſt oppoſitiõis ſi natiuitas fuerit pręuentionalis vſq; ad gradum lunę & proijcitur ab aſcẽdente natiuitatis & vbi finitus fuerit numerus ibi eſt pars hylech. Albumazar dicit quod hæc pars dirigitur quẽadmodum dirigitur hylech per gradus & ducitur eius profectio per ſigna quẽadmodũ fit de hylech. cũq; peruenerit eius directio vel profectio ad malos: ſignificat impedimentum & periculum. Et erant multi ſapientum aſtrologorum cum inuenirent hominem patientem pericula maxima in quibuſdam temporibus/ & non inuenirent in eodem tempore ſuum hylech peruenisſe ad loca malorum. nec inuenirent eidem impedimento patentē ſignificationem in reuolutione eiuſdem anni: neſciebant cauſam huius rei. Et ideo latebat eos hoc: quia non dirigebant hãc partem & ſi direxiſſent eam/inueniſſent hoc malum accidere in eodem tempore quo peruenisſet hæc pars ad loca quædam ſignificantia ipſum periculum. Pars futurorum accipitur in die a luna vſq; ad ſolem: & in nocte econtra & proijcitur ab aſcẽdente & proprietates iſtius partis ſecundũ Albumazar eſt ſignificare animam & corpus & eſſe eorum. & ſignificat fidem & prophetiam & regionem & dei cultum & ſecreta & cogitationes atq; intentiones & res occultas & celatas: & omne quod abſens eſt ex rebus per hunc modum applicabis iudicia in alijs & a quo loco in quem accipiatur quælibet & a quo loco proijciatur patet in litera.

SECVNDA DOMVS. Hic ponit partes ſecundę domus: & ſunt tres. Prima eſt pars ſubſtantiæ. Secūda eſt pars paupertatis & paruitatis ingenij. Tertia eſt pars beatitudinis triumphi & victorię. Albumazar dicit ꝙ pars ſubſtantiæ ſignificat profectū & victum ac cibum quibus ſuſtentantur corpora. quæ ſi fuerit in bono loco/ſignificat bonum eſſe in ſubſtātia cibo & victu. Et ſi fuerit impedita: ſignificat malum eſſe in his quę diximus. Cęteras autem ſpecies fortunæ apparentes ex ſubſtantia ſcilicet quæ theſaurizatur & ſeruatur ac acquiritur: ſignificant cæteri ſignificatores ſubſtantiæ & pars fortunæ.

TERTIA DOMVS. Hic ponit partes tertiæ domus: & ſunt duæ. Prima eſt pars fratrū. Secunda eſt pars beniuolentiæ fratrum. Dicit Albumazar quod pars fratrū & dominus eius ideſt dominus ſigni in quo ceciderit ſignificāt eſſe fratrum & concordiam eorum atq; dilectionem peregrinationemq; eorum & abſentiam. Poſt hæc aſpice ſi hæc pars & dominus eius ceciderint in ſignis multorum filiorum multiplicabuntur fratres. & ſi ceciderint in ſignis paucorum filiorum erunt pauci. Et ſi volueris ſcire numerum eorum/accipe numerum ſignorum quę fuerunt inter partem & dominū domus in qua ceciderit aut quot fuerint inter ipſum dominū & partem & pone vnicuiq; ſigno vnū. Et ſi fuerit inter eos ſignū cōmune duplica numerū eiuſdē ſigni. Et ſi fuerit inter ipſam partem & dominuum domus in qua ceciderit aliquis planeta: accipe ei etiam vnum. Albumazar etiam ponit partem vnam in hac domo quæ vocatur pars mortis fratrum: & dicit quod accipitur in die a ſole in gradū medij cœli & in nocte contra. & augentur deſuper gradus aſcendentis & proijcitur ab aſcendente & quotienſcunq; peruenerit hæc pars ſecundum directionem ad ſignificatores fratrum & ſororum/dando vnicuiq; gradui vnum annum. aut per profectionem/dando cuilibet ſigno annū: eueniet fratribus & ſororibus aliquid horribile. aut aliquis eorum morietur.

QVARTA DOMVS. Hic ponit partes quartę domus: & ſunt ſex. Prima eſt pars patrum. Secunda eſt pars mortis patris. Tertia eſt pars annorum. Quarta eſt pars hęreditatum & poſſeſſionum. Quinta eſt pars nobilitatis nati vtrum ſit filius illius cui imponitur vel non. Sexta eſt pars finis rerū. Albumazar dicit quod pars patris ſignificat eſſe patris & eius nobilitatis atq; generis & ſi hęc pars fuerit boni eſſe/pater erit nobilis. Et ſi dominus domus huius partis fuerit boni eſſe: pater erit fortunatus. Si vero fuerit mali eſſe/erit laborioſus. A ſecūda parte huius

domus quæ eſt pars mortis patris/accipitur cauſa mortis: & quotienſcunq; profectio anni peruenerit ad hanc partem vel ad domi num eius:ſignificat periculum patri. & ſimiliter cū peruenerit aliquis eorum ad ſignificatores patris.

QVINTA DOMVS. Hic ponit partes quintæ domus & ſunt ſeptem. Prima eſt pars filiorum. Secunda eſt pars temporis in quo debent haberi filij. Tertia eſt pars propter quā ſcitur maſculinitas vel fœmininitas. Quarta eſt pars per quā ſcitur de nato de quo fit interrogatio vtrū ſit maſculꝰ vel fœmina. Quinta eſt pars ad quam cum peruenerit Iupiter eſt ſignificatio filij. Sexta eſt pars dilectionis filiorum. Septima eſt pars ſcientię filiorum. Dicit Albumazar ſi pars filiorum ceciderit in ſigno multorum filiorum habebit multos filios. Si vero ceciderit in ſigno ſterili nō habebit aliquem filium. Si vero ceciderit in ſigno paucorū filiorū habebit paucos filios. Et ſi hęc pars ſignificaueriť filios & fuerit fortunata/filij viuent:& ſi infortunata morientur.

SEXTA DOMVS. Hic ponit partes ſextæ domus & ſunt duæ. Prima eſt pars azemena ideſt debilitatis inſeparabilis alicuius membri. Secūda eſt pars ſeruorum. Si pars azemena fuerit coniuncta cum fortunis:erit natus ſanus in mēbris ſuis. Si vero fuerit coniuncta infortunis:habebit morbos inſeparabiles in membris. & loca in quibus erunt hæ ęgritudines ſciuntur a locis infortunarum ſignificantium eas.

SEPTIMA DOMVS. Hic ponit partes ſeptimæ domus: & ſunt quatuor. Prima eſt pars deſponſationis virorum. Secū da eſt pars deſponſationis mulierum. & hæc accipitur duobus modis. Tertia eſt delectationis & voluptatis. Quarta eſt pars nuptiarum. Quando pars deſponſationis peruenerit per directionem ad Iouem vel venerem eſt ſignificatio deſponſatiōis. Et ego inueni in vna natiuitate tempus deſponſationis quando dominus partis deſponſationis peruenit ad ipſam partem per directionem dando cuilibet gradui annum vnum.

OCTAVA DOMVS. Hic ponit partes octauæ domus & ſunt quatuor. Prima eſt pars mortis. Secūda eſt pars planetæ qui interficit. Tertia eſt pars anni in quo veniet nato mors aut paupertas &c. Quarta eſt pars contentionis & litigatiōis. Dicit Albumazar ſi pars mortis fuerit impedita & dominus eius & non aſpexerint eos fortunæ/interficietur natus morte turpiſſima. Si vero aſpexerint fortunæ:erit econtrario. Si luna ſola aſpexerit partem planetæ interficientis/ & ipſa luna fuerit in ſigno membrorum abſciſorū: natus interficietur patiēdo. Et ſi luna fuerit impedita abſcindetur ei aliquid de mēbris. Quando pars anni

in quo timetur nato mors & dominus eius cum domino aſcenden
tis fuerint impediti: erit natus multarum infirmitatum & afflictio
nis in corpore atq; ſubſtantia: & multotiēs appropinquabit perdi-
tioni corporis & amiſſione ſubſtantiæ & quotienſcunq; profectio
anni peruenerit ad hāc partem: aut peruenerit hæc pars per pro-
fectionem aut directionem ad aſcendēs aut ad dominum eius: in-
ueniet natus pericula in corpore & infirmitatibus/ & inueniet an-
guſtiam & horribile in ſubſtantia. timebit quoq; mortem ex diuer
ſis partibus.

NONA DOMVS. Hic ponit partes nonæ domus: & ſunt duæ. Prima eſt pars peregrinatiōis. Secunda eſt pars itineris in aqua. Ab iſtis accipiuntur peregrinationes nati & itinera per aquas. Albumazar dicit. Si pars itineris in aqua ceciderit in ſigno aquatico: faciet natus multa itinera per aquas: & ſi ibi fuerit fortunata habebit in ſuis itineribus profectū ac lucrū. & ſi fuerit infortunata: ſignificat contrarium.

DECIMA DOMVS. Hic ponit partes decimę domus: & ſunt. 5. Prima eſt pars regiōis atq; regni. Secūda eſt pars regis atq; regni. Tertia eſt pars principatū operis regni. Quarta eſt pars ſignificans vtrum ſit cauſa regni vel non. Quinta eſt pars matrum.

VNDECIMA DOMVS. Hic ponit partes vndecimę domus: & ſunt duæ. Prima eſt pars amicorum. Secunda eſt pars ſignificans profectū & effectum & amicicīā amicorū.

DVODECIMA DOMVS. Hic ponit vnam ſolam partem in hac domo quæ eſt pars inimicorum. Et hæ ſunt partes aliæ quibus vtuntur magiſtri iudiciorum. Hic ponit quaſdam alias partes quę non ſunt in aliqua domorum: & ſunt ſex. Prima eſt pars mendacij rumorum. Secunda eſt pars rationis & profunditatis ſenſus. Tertia eſt pars ſapiētię & diſciplinę. Quarta eſt pars guerrę & præliorum. Quinta eſt pars pacis. Sexta eſt pars aſpiciendi in reuolutione annorum. & omnes iſtæ proȝcium tur ab aſcendente.

ET QVIA AVXILIANTE DEO. Prius auctor poſuit partes quæ cadunt in natiuitatibus: Hic ponunt partes quæ cadunt in reuolutionibus annorū mundi. Et poteſt diuidi in duas partes. quoniā primo ponit partes quibus vtuntur magiſtri iudiciorū in reuolutionibus in cauſis regnorum. Secūdo ponit partes quibus vtuntur magiſtri iudiciorum in prędiciendo forum rerum. ſecunda eſt ibi. Item ſunt hic aliæ partes. Dicit q; ex partibus quæ exercentur in reuolutionibus annorum mundi ad ſciēdum cauſas

regni atq; imperij:& ista accipitur a Marte in lunā : & proijcitur ab ascendente coniunctionis quæ significat mutationem regni & accipitur alio modo a gradu ascendentis coniunctionis in gradum coniunctionis.intelligendo a gradu ascendētis reuolutionis anni in quo est coniunctio vsq; ad locum in quo planetæ coniunguntur.& nisi hoc modo intelligatur impossibile est Supponitur enim quod homo sciat gradum ascendentis in hora coniunctiōis planetarum superiorum.Hoc autem est impossibile secundum ℔ dicit Abrahā Auenezra. dicit enim si possemus scire diem in qua coniungi debeant:esset hæc res magna. Fit etiam pars alio modo videlicet accipitur gradu medij cœli reuolutionis illius anni in quo fuit coniunctio vsq; in solem:& proijcitur a gradu Iouis.Secunda pars per quam scitur quātum debeat durare rex in regno. Hic accipitur hora electionis regis a sole in.15. gradum signi leonis.Et proiicitur a luna.accipitur etiam a luna in.15.gradū cancri:& proiicitur a sole.tertia pars est de tempore electionis regis. hic accipitur hora electionis regis in die a Ioue in Saturnum & in nocte econtra:& proiicitur ab ascendente reuolutionis anni in quo surrexit rex.Et si Iupiter fuerit in signo communi & reuolutio fuerit diurna & cum hoc fuerit Iupiter cadens ab angulo:tunc accipitur a Saturno in Iouem/& adduntur desuper.30.gradus:& proiicitur ab ascendente. Si vero Iupiter & Saturnus fuerint sibi oppositi & ambo fuerint cadentes ab ascendente accipitur medietas graduum qui sunt inter eos:& proiicitur ab ascendēte.Et si fuerit Iupiter in exaltatione sua & fuerit reuolutio in nocte:numeratur ab eo in Saturnum/& proiicitur ab ascendente. Deinde dicit auctor ℔ duę sunt partes maxime ex quibus extrahitur tēpus electionis regis & eius durationis. Prima earum est vt aspicias horā electionis regis & aspicias vbi prouenit profectio anni a coniunctione triplicitatis/quæ significauit illa secta in qua est illud regnum:secundum ℔ datur omnibus.30.gradibus annus & omnibus duobus gradibus cum dimidio mensis. & sic secundum istam proportionem vsq; ad horā electionis.& cum sciueris in quo gradu signi sit/serua illum gradum:quia ab eo ęquabis primam partē. Et cum volueris ęquare eam aptabis ascendens reuolutionis anni in quo surrexit ipse electus. Postea respice Saturnum & Iouem & quis eorū fuerit orientalis a sole accipe ab illo vsq; in gradū ęquationis partis primæ quam seruasti:& proiice ab ascendente reuolutionis:& quo peruenerit numerus ipse est locus primæ partis.

¶Nota ℔ auctor dicit:accipe a planeta orientali a sole & Saturno vel Ioue:& non dicit quid sit faciēdum quando ambo sunt oriētales. ego credo ℔ tunc debet accipi ab eo qui soli fuerit propin-

quior. Item non dicit quid debeat fieri quando nullus eorum eſt orientalis: vt breuiter dicã neſcio quid fieri debeat/ quia non vidi iſtas duas partes per hunc modum poſitas in aliquo alio libro. Secunda pars ſcitur hoc modo. Aſpice coniunctionẽ Iouis & Saturni in qua ſurrexerit rex vel cœpit regnum ad quod ſignum & gradum peruenit profectio/ anni dando cuilibet anno. 30. gra. & cuilibet menſi. 2. gra. cum dimidio vſq; ad diem in qua ſurrexit rex & ipſe eſt locus ęquationis partis ſecundæ ſerua eum. Poſt hoc accipe a Saturno vel Ioue quis eorum orientalis fuerit vſq; ad locum partis ſecundæ & proijce ab aſcendente reuolutionis anni & quo peruenerit numerus ipſe eſt locus partis ſecundę. Hæ ſunt partes quæ ſignificant fortitudinem regis & eius durationem. Dicit Haly Abenragel aſpicies in reuolutionem annorum mundi pro intronizatiõe intronizati. Primo a Saturno quę eſt prima pars. & a Ioue quæ eſt ſecũda. & quot gra. & quot minuta fuerint inter eos & nota hoc. ¶ Poſtmodum conſidera in quo ſigno eſt dominus medii cœli & reducas illos gra. ad aſcenſiones illius ſigni in quo fuerit: & quod inde exiuerit erit id quod durãt anni vel mẽſes aut dies. Et ſi fuerit in domibus vel in exaltationibus ſuis erunt anni: & ſi fuerint peregrini in ſuccedentibus erunt menſes/ alioquin erunt dies. Similiter quando ſol applicuerit Marti & Mars fuerit curſu vacuus non applicans Saturno: ſignificat ♀ milites mouebuntur contra ipſum intronizatum & venient ſuper ipſum erecti. & propter hoc accident ei triſtitiæ & anxietates & forte capient eum. Tamen ſi Mars cum hoc applicuerit Saturno ipſorum naturæ coniunguntur & nullus mouebitur contra eum.

ITEM SVNT ALIÆ PARTES. Hic auctor ponit partes quæ exercentur in reuolutionibus annorum mundi per quas ſcitur quæ res erunt caræ & quæ viles. Sententia literæ eſt talis Cũ volueris ſcire vtrum aliqua res erit cara vel vilis/ multum vel parum: conſidera partem illius rei & vide in cuius planetæ domo vel exaltatiõe vel termino ſiue triplicitate cadat ipſas pars. qui planeta ſi fuerit combuſtus vel retrogradus aut in aliquo loco maligno: vileſcit res illa & erit parui pretij. Si vero fuerit in loco fortitudinis aut in angulo & maxime in medio cœli: grauabitur res illa & erit maioris pretij. & ſi peruenerit dominus domus illius ad locũ deſcenſionis ſuę/ vileſcit res illa. Vult dicere ſi planeta habens plures fortitudines in loco partis fuerit in aliqua dignitatum ſuarum & maxime in ſua exaltatiõe. aut fuerit in aliquo angulorum & maxime in medio cœli: res illa erit chara. & ſecundum quantitatem fortitudinis planetæ in ſuis dignitatibus aut in angulis vel ſuccedentibus erit quantitas cariſtiæ. Si vero planeta ipſe fuerit in ca-

su a domo vel exaltatione sua/ vel fuerit in domo cadente ab angulo: vilescet res illa & erit parui pretij. Aspice similiter aspectū fortunarum & infortunarum ad eam scilicet partem & ad lunam & dominum eius quis sit & qualiter aspiciat illam partem. Si autem fortuna & luna aspiciant ipsam partem: multiplicabitur eadem res in pretio. & si aspexerint eam infortunæ: detrimētum patietur res illa & erit vilis & parui pretij. Ego dico tibi ℔ si planeta habens plures fortitudines in loco partis in reuolutione anni retrogradus fuerit & cum hoc fuerit in aliqua dignitatum suarum vel in angulo significat ℔ res illa erit chara sed nō in principio anni q̄diu dominus partis est retrogradus. & quando ille planeta incipiet dirigi tunc res illa incipiet esse chara. Eodem modo si planeta dominus partis fuerit in casu & fuerit directus: significat vilitatē rei. sed illa vilitas erit maxima quando planeta incipiet esse retrogradus. Deinde ponit proiectiōes & incipit a parte tritici: & dicit ℔ pars tritici accipitur a sole in Martem & proijcitur ab ascendēte: a quibus locis accipiantur & a quibus locis proijciantur patet in litera. Et vt melius pateat modus ponam exemplum de parte tritici in figura coniunctionis præcedentis introitum solis in arietem & etiā in figura reuolutionis anni istius scilicet. 1331. dico ℔ Parisius secundum veritatem tabularum Alfonsij in hora cōiunctionis solis & lunæ præcedentis introitum solis in arietem: erit ascendens primus grad. cancri. locus solis illa hora erit. 5. signa Alfonsi. 56. gradus. 42. minuta. 36. secunda. verus locus Martis fuit vnū signū. 44. gra. 17. minuta. 28. secunda. videbo quantum est inter solem & Martem subtrahendo locum solis a loco Martis: & inuenio. 1. signum. 47. gra. 34. minuta. 52. secunda. quem numerum cōputabo ab ascendente & terminatur numerus in libra. 18. gra. 10. minuto. 6. secundo. Deinde videbo quis est ibi fortior: & inuenio Saturnum in illo loco fortiorem quia est exaltatio sua nomine cuius habet ibi quatuor fortitudines. & est triplicitas sua ratione cuius habet tres fortitudines. est etiam facies sua ratiōe cuius habet vnā fortitudinem: habet ergo Saturnus in loco partis tritici. 8. fortitudines. Post Saturnū est Venus quia est domus sua & habet ibi. 5. fortitudines: & Iupiter habet ibi terminum. Aspiciam statum cuiuslibet istorum in figura & secundum statū eorum videbo de sorte tritici. Aspiciam primo ad Saturnum quem statum ipse habet in figura: & inuenio ipsum in angulo terræ non distantem ab angulo per. 4. grad. significat hoc ℔ triticum debet esse charum nō tamen multum: quia angulus non est fortis. fortior enim angulorum quantum ad hoc/ est medium cœli: deinde ascendens/ postea angulus terræ & vltimo angulus occidentalis. tamen quia Satur-

nus eſt retrogradus & in loco ſuo peregrinus nullã habens in loco ſuo dignitatem: ſignificat ♀ triticum in principio anni erit parui pretij. Et quando Saturnus incipiet dirigi: aſcendet pretium eius & erit magis charum. hæc eſt ſignificatio Saturni. Deinde aſpiciã ad ſtatũ Veneris & inuenio eam in domo. 11. ſua propria domo: ſignificat hoc ſimiliter ♀ triticum erit aliquãtulum charum. Proſpiciam etiam eandem partem in figura reuolutionis anni eiuſdẽ. Dico quod aſcendens reuolutionis ſecundum tabulas prædictas erit quartus gradus. 15. minuta. 26. ſecunda libræ Diſtantia inter ſolem & Martem erit ideſt ſignum. 45. gradus. 3. minuta. 59. ſecunda. Computabo hunc numerum ab aſcendente: & terminatur numerus in capricorno. 19. gra. 19. minuto. 25. ſecũdo Mars habet in loco iſtius partis exaltationem & triplicitatem. habet ergo ibi ſeptem fortitudines. Saturnus habet ibi domum & faciem: habet ergo ibi ſex fortitudines. Mars eſt fortior in loco & ipſe in angulo medij cœli: ſignificat hoc ♀ triticum debet eſſe charum: ſed quia Mars eſt in caſu ab exaltatione ſua non erit charũ donec exierit caſum ſuum.

¶ Excudebat PARISIIS Simon Colinæus:
Anno. MDXXI. altera die Iulij.

UNIVERSITY OF LONDON
WARBURG INSTITUTE

